¶ Itẽ: de intentione. co. diſtinc. quinta. orbis plane habet ꝙ primũ eſt cã omnium eẽ ꝛ ille doctor ꝯcedit ꝙ ibi cõtradicit ſibijpſi. Per rõem arti. i. Ariſt. conceſſit ꝙ primum non põt mouere ĩmediate orbem. vt patet ex intentione. viii. phi. Non qꝛ virtꝰ infinita non poteſt eſſe in magnitudine ſolum. ſed qꝛ virtus infinita mouens per modum nature non poteſt mouere in tempore: qꝛ ſi ſic cum virtus finita poſſet idẽ mouere in multo maiori augendo virtutem minuet de tempe: ꝛ ſi ſic tandẽ inequali moueret virtus finita cum virtute infinita agẽte ſcõm vltimum potentie: quia ex neceſſitate nature illud manifeſte eſt impoſſibile: igit qd mouet ĩ tempore immediate mouet a virtute finita: ꝛ qꝛ mouetur ꝑ tempꝰ infinitum aliquo modo mouet a virtute infinita: igit neceſſarie eſt / ponere duos motores. ſed ꝙ cauſa prima ꝛ ſecunda cõcurrant ad effectũ põt intelligi tripliciter. vel ꝙ prima producat ſecundã ꝛ tunc occurrunt: qꝛ ſecunda eſt a prima. vel ꝙ prima non producit ſecundam: ſed dat ſibi influentiã vel motum ſicut manus baculo: vel ꝙ ambe immediate concurrant reſpectu effectus. vnum tamen principalius ſicut ſol ꝛ generans ꝑticulare ad ꝓductionem huius generati: ita ꝙ vtrũqꝫ agit propria virtute: vnum tamen principalius. Sed illo tertio mõ non poſſet deꝰ ꝛ motor coniũctus ꝯcurrere reſpectu motus celi: qꝛ ex intentiõe philoſophi nichil põt primũ mouere in tempe imediate ꝑ ſe neqꝫ cum alio neqꝫ poteſt poni ꝙ concurrunt ſecundo modo: ꝙ intelligẽtia mouens recipiat a deo ꝛ motum: tum qꝛ intelligẽtia iſta immobilis eſt ſicut deus. qꝛ celum eſt primum mobile. Tum quia ſi reciperet influentiam ſic reciperet eſſe a deo: quia ſecundum philoſophum nullum accidens eſt in ipſa et tunc habetur propoſitũ: qꝛ ſi deus cauſat influẽtiam in ea cauſat eſſe in ea / igit opꝫ ꝙ phs intelligat ꝙ deus ꝛ motor coniunctus concurrant primo modo: ꝛ tunc poteſt ſaluari intẽtio philoſophi: qꝛ primũ mouet in ratione efficientis ꝛ in ratione finis ita ꝙ mouet in ratione efficientis ipſũ celũ mediate imediatꝰ / tñ effectus eius eſt prima ſubſtantia dependens: ꝛ illa mouet celum effectiue immediate ꝓpter amatũ ꝛ deſideratũ: ꝛ ſic deus imediate mouet iſtã intelligentiam finaliter: ſed tñ mouet effectiue mediate: finaliter vo imediate: ꝛ tũc poteſt ſaluari ꝙ ꝓpter eius infinitatẽ motus eſt infinitus ſcõm durationẽ: ſꝫ ꝓpter mouens ꝓximũ eſt in tpe ꝛ eſſet finitus q̃tũ eſt ex parte illius mouentis ſcõm ſe. ſi eñ taꝫ intelligentia mouens imediate q̃ deus eſſet a ſe incauſabiliter non eſſet maior ratio quare vnũ prius depẽderet ab alio q̃ ecõtra: nec quare vnũ magis eſſet primũ ens q̃ aliud.

¶ Itẽ ſcõm phm eſt ibi ponere intelligens ꝛ intellectũ inter intelligentias et manifeſtũ eſt ꝙ obiectũ mouet ad intelligere. qꝛ ſecunda intelligentia poteſt intelligere ꝓmam ꝑfecte cuꝫ poſſit perfecte in quodcũqꝫ ens: ꝛ nõ põt eẽ ꝑfecta intellectio prime intelligẽtie niſi ipſa moueat intellectũ ſecunde intelligentie: qꝛ inferius nunq̃ mouet ad ꝑfectam intellectionẽ ſuperioris. igit oportet ꝙ ibi ſit cauſalitas intellectionis. igitur ꝛ cauſa eſſe ſcõm Ariſtotelem / qꝛ non ponit intellectionem differre ab eſſe / nec ab eſſentia intelligentis. ¶ Dico ergo ad iſtum articulũ ꝙ deꝰ põt ſic creare / hoc eſt ꝙ põt creare aliq̇d poſt nichil ordine nature ſine aliquo preſuppoſito qd ſit pars cauſati: et non ſolum ſicut forma cauſat de nouo / qꝛ licet nichil eiꝰ ꝑexigebat: tamen aliq̇d preſupponebat ꝙ reciperet formam. Sic non eſt in creatiõe: qꝛ nichil ꝓſupponit: nec tanq̃ pars nec tanq̃ recipiens. Sed poſt non eſſe totale ordine nature datur eſſe: illud probo dupliciter. Primo ſic. deus poteſt aliquẽ effectum immediate cauſare imediatõe effectus: nõ loquor de immediatione cauſe. Sed ſic ꝙ nullus effectꝰ immediatius cãtur. Sed effectꝰ imediatiſſimus deo totus cauſatur. igitur. ꝛc. maior ptꝫ. Aliť eñ deus nichil poſſet imediate cauſare: qꝛ ſi inter effectũ cauſatum iſtum ꝛ deum ſit alius effectus imediatior et ante iſtum alius erit ꝓceſſus in infinitum in ꝑ ſe ordinatis: ꝛ per cõſequẽs omino nichil põt cauſare. Minor pꝫ / qꝛ effectus imediatiſſimus deo non ꝓſupponit aliũ effectũ: igit nõ ꝓſupponit niſi cauſam: qꝛ q̇cquid eſt aliud a deo habet dependentiaꝫ eſſentialẽ ad deuꝫ: ꝛ per cõſequens deus eſt cauſa eius: qꝛ vt habet. xii. Metha. a primo dependet celum ꝛ tota natura: qꝛ ſi poneretur aliq̇d aliõ a deo et nõ haberet dependentiã eſſentialẽ ad deum illud nichil eſſet vniuerſi: qꝛ ad vnum primum oĩa q̄ ſunt in vniuerſo habent ordinem eſſentialẽ: nũc aũt nõ depẽdet aliq̇d eẽntialr ab aliq̄ ſi illõ nõ eſt aliq̄ mõ cauſa eiꝰ. qꝛ qd nullo mõ habet cauſaꝫ aliã a ſe eſt neceſſe eẽ in ſe ꝛ a ſe: tali vero repugnat nõ eſſe quocũqꝫ poſito circa aliud a ſe. Sed qd habet eſſentialem dependentiã ad aliud: iſto alio deſtructo nõ habet eſſe. igitur iſta repugnat ꝙ aliq̇d habet eſſentialem dependentiam ad aliud: ꝛ ꝙ nullo modo habet cauſam aliam a ſe. Effectus igit immediatiſſimus deo nõ ꝓſupponit niſi deũ: igitur creatur. ¶ Secunda ratio ad idẽ: aliq̇d eſt ꝓducibile a deo ꝑ ſe. igitur illud ẽ per ſe vnũ: aut igit ſimplex aut compoſitum. Si ſimplex / totum producit: vel nichil poſt non eſſe ordine nature: qꝛ nichil preſupponitur ꝙ ſit aliquid eius. Si ſit ꝯpoſitũ cũ in compoſito ſint ꝑtes: quelibet iſtarum eſt cauſabilis totaliter: qꝛ ſi detur aliqua pars quero aut illa eſt neceſſe eſſe a ſe aut non. Si non: igitur cauſabilis. ſi ſic: igitur non poteſt eſſe potentiale nec componibile cum alio qd non ẽ neceſſe eſſe: tũ qꝛ nichil põt ꝯponi ex neceſſe eẽ a ſe ꝛ nõ neceſſe eẽ a ſe tunc qꝛ nullũ neceſſe eſſe eſt cum alio componibile. igitur ſtabitur ad aliquid primo cauſatum quod nec preſuit nec aliquid eius. Teneo igitur ꝙ per rationeꝫ naturalem poteſt probari creatio illo modo: neqꝫ ſenſit philoſophus ꝯtrariũ. ꝓmo de celo: nec alibi. quia per rationem naturalem poteſt intelligi vere

aliquid ꝓduci in alia eſſentia eternaliter ſine muta
tatione ⁊ nouitate: ſicut nos itelligimus filium dei
ꝓduci in eadem natura. Iſta productio erit efficiẽ-
tia: qꝛ filius dei non dicitur non effici vel non fac-
tus. qꝛ eternus / ſed qꝛ productus in identitate na-
ture. ⁊ illa natura quam accipit per productionem
nullomodo eſt factibilis: immo factio ⁊ efficacia ſi
bi repugnat. Alio modo poteſt intelligi lumine na
turali ꝙ aliquid producitur non ab eterno: ⁊ ſine
nouitate vt ponit prim⁹ mod⁹: ſed cũ nouitate ali-
qua: ſine tamẽ mutatione. Tertio põt intelligi ali
q̃d ꝓduci cum nouitate / ⁊ motu / vel mutatiõe. phi
loſophus igitur intellexit ꝙ iſta que ſunt ſic noua
cum mutatione neceſſario ex principio intrinſeco
tãdẽ corrũpent: hoc eſt ineuitabilr: qꝛ cuilibet vir
tuti paſſiue ſcõm ipſum correſpõdet actiua. igitur
licet ad tẽpus impeditur tñ ex quo iſta virtus acti-
ua agit ex neceſſitate nature: tandẽ ieuitabilr actu
reducet iſtã potentiã ad actũ: ⁊ tandẽ corrũpet illõ
corruptibile. Et ſic plato ſic poſuit celũ ꝓduci cũ
nouitate ⁊ mutatiõe ⁊ icorruptibile. Ariſtoteles
reducit eũ ad ꝯdictionẽ: niſi ipe poneret ſicut theo
logi ponũt ꝙ illõ qõ de natura ſua eſt corruptibile
ꝑſeruatur a corruptione ꝑpetuo virtute diuina. ſed
dictũ eſt in fine quarti qualiter corpa noſtra poſt
reſurrectionẽ ſunt de ſe corruptibilia: ⁊ tñ nũꝙ cor
rũpentur: tñ ſi plato poſuiſſet celũ incepiſſe cũ no-
uitate ⁊ ſine mutatione nõ erat tunc neceſſarium
ab intrinſeco: ⁊ tunc nõ habet Ariſtoteles tñ ꝯtra
euȝ ſicut primo modo: hȝ tñ ꝯtra eum ſufficienter
ꝑ pncipia ſua: qꝛ oẽ qõ eſt ſempiternũ eſt formali-
ter neceſſarium. Eſt igitur ſimplicir ꝯtingens: ſed
nullũ tale põt perpetuo ſaluari ab alio: qꝛ ſcõȝ Ari
ſtotelez qõ eſt tale ꝙ ſibi repugnat eſſe neceſſe eſſe
neceſſario ſibi correſpondet aliqõ alteꝝ / vel in na
tura vel ſupra natura vt de⁹ ꝙ tandẽ ipſum deſtru
et: ⁊ tunc tenet mediũ Ariſtotelis ꝯtra eum: nõ ex
aliquo intrinſeco qõ eſt corruptibile in eo. Sed qꝛ
abſolute ꝯtingens a nullo põt perpetuari. Si vero
plato poſuit tertio inceptionem effectiue celi ſine
nouitate ⁊ mutatione: nullo mõ ſeqtur ex iſto ꝙ ce
lum põt deſinere: imo magis ſeqtur oppoſituȝ: qꝛ
ſi tñ iſto mõ poſuit inceptionẽ celi: igir eſt coeter-
num deo. Sic dico ad auctoritatẽ. xii. Metha. ꝙ il
lud qõ hȝ formalir neceſſe eẽ ex ſe bñ pt eẽ ab alio
effectiue dũ tñ non ſit nouiter ꝓductũ: ⁊ illud po-
nit Auicẽna. vi. meth. ſue. Sic igitur dico ꝙ illud
põt cognoſci ꝑ rationẽ naturalẽ: nec hoc ꝯtradixe
runt philoſophi. ¶ Scõm membrũ principale eſt
de creatione ſcõm ꝙ eſt de nichilo hoc eſt poſt ni-
chil ordine durationis: ⁊ dico ꝙ Ariſtoteles non
dixit deũ aliq̃d creare iſto mõ / nec ꝓpt hoc ſeqtur
ꝙ ꝯriũ nõ poſſit eſſe notũ ꝑ rõnẽ naturalẽ. Nec ſe-
quitur: phi hoc poſuerũt: igitur illõ eſt notũ demõ
ſtratione ꝑ rõnẽ naturalẽ. Multa enĩ nõ poſuerũt
phi q̃ tñ poſſunt cognoſci ꝑ naturalẽ rõem / ⁊ mul
ta ponũt q̃ nõ pñt demõſtrari: qꝛ ꝑ nihil qõ nobis
appet põt demonſtrari ꝙ ſunt plures motores or-
bium q̃n ſufficeret deus tñ: ideo probo ꝙ iſto mo-
do põt deus aliquid creare. ⁊ adduco rationẽ na-
turalem: qꝛ pma cã põt ꝓducere aliud a ſe volun-
tate: ⁊ quod ꝓducir volũtate ꝓducir mere ꝯtingẽ
ter: igitur poteſt ꝓduci nõ ſempiternaliter: igir po
teſt creari dando eſſe poſt nõ eſſe ꝑus duratione.
¶ Prima ꝓpoſitio patet. qꝛ tã phi ꝙ catholici po
ſuerunt pmũ agere ꝑ intellectũ ⁊ voluntatez / licet
aliter ⁊ aliter. Nã vt habetur. ii. Phiſ. omĩe agens
per ſe agit ꝓpter finẽ: vel igitur ꝓpter finem quez
cognoſcit / vel qꝛ dirigir a cognoſcente finẽ. Cum
igitur pmũ agens non dirigatur ab alio: qꝛ tũc nõ
eſſet primũ: qꝛ ſuꝑioris eſt dirigere: ideo dicit phs
ꝙ ſapientis eſt ordinare. ⁊ ſcõm oẽs pmũ agens ẽ
agens ꝑ ſe: igitur cognoſcit finẽ. agit igir ꝑ itellm
⁊ volũtatẽ igir põt ꝓducere aliud a ſe voluntarie.
¶ Secunda ꝓpoſitio ꝓbar: licet nõ ſit ita euidẽs
qꝛ ſi primũ agit volũtarie ꝓducẽdo aliud a ſe hoc
erit mere ꝯtingenter: qꝛ omĩe agens qõ agit ꝑ volũ
tatem: ⁊ nõ neceſſario vult aliud a ſe fore nõ neceſ
ſario ꝓducit aliud a ſe: qꝛ illud agens quod vult fi-
nem ꝓpter ſe nõ vult aliquid neceſſario aliud a fi-
ne niſi illud aliud ſit neceſſarium ꝓpter finẽ vel ad
acquirendũ finem: vel prehabeatur ad perfectius
habendũ / vel ad firmius tenendũ. Sed nichil ali
ud a deo eſt neceſſarium ſibi ad acq̃rẽdũ finẽ / nec
ad ꝑfectius habendum / neqȝ ad tenendum. igitur
non neceſſario vult aliquid aliud a ſe fore. ⁊ produ
cit ꝑ intellectum ⁊ voluntatem: igitur nõ neceſſa-
rio producit aliud a ſe. igitur non ſempiternaliter
producit aliud a ſe. ¶ Iteȝ: impoſſibile eſt aliquid
contingenter fieri in vniuerſo in cauſis realir agẽ-
tibus / niſi primũ agat contingenter ꝙ ſi prima cã
neceſſario mouet ad aliquid: ⁊ ſcõa tñ mouet: mo
ta igitur neceſſario mouet tertiam: et ſic quouſqȝ
deuenias ad effectum: et ſi impedimentũ in proxi
ma cauſa contingat cũ iſta cauſa non moueat niſi
mota: nec ſua cauſa. Si igitur prima mouet ad im
pediendum ex neceſſitate neceſſario / illa res non
euenit. igitur vel neceſſario non euenit: vel neceſſa
rio eueniet: ⁊ ſic nichil cõtingenter: ideo deus con
tingenter poteſt creare nouũ. Unde aliqui viden-
tur ducere rationes philoſophoꝝ ad oppoſitum:
quia ſi aliquid nouum eſt in effectu ſequitur ſecun
dũ dicta eorum ꝙ nichil eſt nouum: qꝛ philoſophi
ſic arguunt: nouitas in effectu nõ eſt niſi ex aliqua
nouitate in cauſa: igitur ſi effectus eſt nouus aliq̃d
in cauſa erit nouum. illud nouuȝ i cauſa eſt ab alio
cauſatum: quia ſcõm omnes prima cauſa ſimplici-
ter non eſt imutabilis. igir illud nouũ eſt ab alio: ⁊
ſic vel ſtabitur ad effectum nouum et non ex noui-
tate in cauſa cuius contrarium ſupponunt philoſo
phi / vel erit ꝓceſſus in infinitũ: ⁊ tũc nichil nouũ
põt cauſari. ¶ Itẽ a prima cauſa ẽ tot⁹ mot⁹ celi: ⁊
iſta ꝑs mot⁹ eſt noua: qꝛ nũꝙ preſuit ſcõm aliquid
eius: ⁊ tamen nulla nouitas in cauſa: igitur. ⁊ ſi nũc
primo eſſet iſta pars: ita ꝙ nichil motus ꝑceſſiſſet
hanc partem: non oporteret aliquã nouitatem eſſe
in cauſa. Dico tamen ſecundum phos: ꝙ ſtabir in
motu celi. qꝛ effectus nouus hic inferius reducitur
ad motum celi: qui licet non ſit ſimpliciter nouus:
tamen ſecundum aliquam partem nouus eſt: ⁊ iſta

pars que eſt nunc noua reducitur ad intelligentiaȝ
mouentẽ: ꝛ tñ iſta nõ mutať / nec aliq̃d nouum ẽ in
ea ꝓpter iſtã nouitatẽ partis mot⁹. Nec hoc itelli
gunt phi ꝙ nouitas in effectu arguat nouitatem in
cauſa tanq̃ ex pꝛioꝛi poſteri⁹. ſed tãq̃ ex poſterio=
ri pri⁹: qꝛ nichil poteſt vniformiter mouere nũc et
pri⁹ quin ſemꝑ agat idẽ qd̃ pri⁹ vel ſimile ſibi: ideo
ſufficit ꝙ intelligẽtia pri⁹ habuit actionẽ cõſimilẽ.
Sed ſi neqȝ pri⁹ habuiſſet actionẽ cõſimileȝ / neqȝ
iſtã: ſȝ oino nullã cum icperet mouere aliter ſe ha
beret ſm diſpoſitionẽ ꝓximã ſm intẽtionẽ Ariſto
telis: ideo nõ poneret ꝓceſſum in infinitũ. Nec eſt
ſimilis rõ ſi nũc eſt noua pars motus: ſed ſi fuiſſet
ſimpliciter noua: ita ꝙ nichil ei⁹ p̃ceſſiſſet: tñ ſcðm
veritatẽ poteſt eẽ nouitas in effectu / ꝛ noua pars
mot⁹. et ſi nichil ſimile p̃ceſſiſſet licet nichil ſit no
uum in cã. ¶ Ad primũ principale dico ꝙ phs itel
ligit iſtã ꝓpõnẽ de agẽte mere naturali nõ de agẽ
te volũtarie ꝛ ſimpliciter libere.. ¶ Ad aliud cum
dicitur / ſi creat igiť aliter aliquid ſe habet nũc q̃
prius: dico ꝙ agẽs ꝑ naturã mere ſi vniformiter ſe
habet in agẽdo q̃tũ eſt ex parte ſui ſi effectus ẽ no
uus: igiť aliter aliq̃d ſe habet nũc q̃ pri⁹: ꝛ non po
teſt paſſum niſi qꝛ agens. ꝛc. Tamen agẽs volun=
tariũ põt abſqȝ ſui mutatiõe aliquid de nouo crea
re: ꝛ abſqȝ hoc ꝙ paſſum aliter ſe habeat: qꝛ nichil
eſt p̃ſuppoſitũ. ¶ Ad aliud cũ diciť / cauſa eque de
terminata ad effectũ eque agit nũc ꝛ pri⁹. Dico ꝙ
ſi agens voluntariũ põt eẽ determinatũ vltimata
determinatione et tamẽ nõ equaliter agere nunc et
tunc: qꝛ licet nũc ſit vltimate determinatũ / non tñ
ꝓ hoc ſed ꝓ alio: ideo nõ ſtatim cauſatur effectus:
qꝛ vltimata determinatiõe põt velle in hoc qñ / rẽ
eſſe ꝓ iſto qñ / qñ vult eã ponere in eẽ / et ſi preſup
ponitur paſſuȝ ſumme diſpoſitũ. Et ſi dicatur: ibi
paſſum aliter ſe habet q̃ pri⁹: non niſi ꝓpter agẽs.
verũ eſt aliter ſe hȝ ꝓpter agẽs: et nõ aliter ſe ha=
bet ꝓpter agẽs aliter ſe habẽs: qꝛ ſicut nũc vult ef
fectum poni in eſſe ꝓ hoc: ita prius voluit. vñ non
ſemꝑ tã eque determinata ad agenduȝ ſemꝑ eque
ponit effectum in eſſe. Dicũt ſi ponitur a proximo
ita ꝙ aſſint conuenientia que requiruntur / ꝛ amo
ueantur oia impedimenta / ſemꝑ eque agunt. dico
ꝙ adhuc ꝓpoſitio eſt vera tñ de agente naturali /
nõ de agente voluntarie mere: qꝛ tñ volitionẽ ha
bet quis de effectu ponendo in eſſe ꝓ tunc / ꝛ nũq̃
pri⁹ ſicut habet ꝓ tunc qñ actu ponit: ꝛ tamẽ non
eque ponit effectum in eſſe q̃tuſcunqȝ amoueãtur
impedimenta / et cõuenientia adhibeantur. Et cũ
dicitur poſtea: incõueniens eſt ponere primũ age=
re a fortuna: quare igitur expectat temp⁹. Dico ꝙ
voluntas q̃ habet aliã regulã ſuperioꝛem ex cuius
informitate diciť recta / habet bonitatẽ ex illa re=
gula: ꝛ talis volitio ex fine ꝛ ex circũſtãtiis debitꝭ
habet rectitudinem: ſcȝ vbi opoꝛtet / ꝛ qñ opoꝛtet
et cui opoꝛtet. Sed in prima volũtate non eſt da=
re regulã ſuperioꝛẽ: imo ſeipſa eſt recta: ideo nulla
circunſtãtia facit ipſam bonã. vnde licet voluntas
creata reſpiciat tẽp⁹ tanq̃ circunſtãtiã: non tamen
prima voluntas: qꝛ ideo res volita eſt bona ex hoc
ꝙ prima volũtas vult eã: nã omnia q̃ vult alia a ſe=
ꝓpter ſuam bonitatẽ vult ꝛ ꝓpter obiectũ primũ:
voluntas tñ que tenetur cõfoꝛmare ſe regule ſupe
rioꝛi tenetur eſſe cõfoꝛmis fini ꝛ circunſtantiis ad
finem.

¶ Queſtio quarta.

Quarto q̃ritur vtrũ
deus ꝓduxit mundũ ſine prin=
cipio durationis. Q ſic. vt ha=
betur. viij. phiſicoꝝ. nõ poteſt
mot⁹ non eſſe nou⁹: niſi primũ
mouẽs vel p̃mũ mobile / aliter
ſe habeat. et ſicut ẽ de motu ſic
eſt de toto mũdo. ¶ Itẽ: qd̃ ſemꝑ eſt in ſui p̃ncipio
ꝛ in ſui fine / ſemꝑ fuit ꝛ ſemꝑ erit: hmõi eſt mũd⁹.
¶ Item: quod habet virtutẽ vt ſemꝑ ſit nõ poteſt
incipere / ſed ẽ ſempiternũ: qꝛ virt⁹ nõ excedit ſub
ſtantiam: ſed quodlibet ſempiternum habet virtu
tutem vt ſemper ſit. ¶ Item: materia eſt ingenita
et incoꝛruptibilis. j. phiſicoꝝ. ꝛ. ij. de celo. ¶ Itẽ:
generatio vnius eſt coꝛruptio alterius: igitur. ꝛc.
¶ Oppoſitũ. In principio creauit deus celũ ꝛ ter
rã. Et exponiť in p̃ncipio tpis ſm glo. Augu. ſuꝑ
Geñ. et. ij. de ciui. ꝛ de trini. in fi. ¶ Itẽ: Augu. ad
felimolucianũ de tri. creature. eſt ꝙ ex eo qd̃ nõ eſt
ꝓduciť in eſſe. ¶ Itẽ: in annichilatione manet nõ
eſſe poſt eſſe duratione: igiť in creatione p̃ceſſit nõ
eſſe de ineſſe. Diciť ꝙ nõ opoꝛtet ꝙ creatio poteſt
eſſe ab eterno. ¶ Cõtra: qñ ꝓductiones ſiue actiões
ſunt oppoſite / termin⁹ ad quẽ vnius eſt termin⁹ a q̃
alterius: ſed terminus ad quẽ annichilationis non
eſt ſolum non eſſe quantum eſt de ſe. ſed eſt reale
non eſſe excludens eſſe: igitur ſi tale ſequitur anni
chilationem: tale non eſſe precedit creationem et
non ſolum non eſſe creature q̃tũ eſt de ſe. qꝛ illud
ſolum ẽ non eẽ ſcðm quid. ¶ Circa q̃ſtionem theo
logi cõueniunt in cõcluſione ꝙ non eſſe mundi p̃ceſ
ſit eẽ duratione. Sed an illud ſit tñ creditũ vel per
rationẽ naturalem poſſit eſſe declaratũ diſcrepãt.
Diciť igiť vn⁹ doctoꝛ ꝙ mundum icepiſſe ſola fide
tenus ad hoc adducit auctoꝛitates Geñ. ꝛ Grego.
ſuper ezechieleȝ omelia. i. ꝙ moyſes ſpiritu ſancto
afflatus prophetauit mũdum icepiſſe. illud probat
ꝑ rationes: qꝛ ſi poſſet demõſtrari incepiſſe. aut hoc
eẽt ex parte mundi: aut ex ꝑte dei cauſantꝭ. non ex
ꝑte mundi. qꝛ non põt eſſe medium ad hoc ꝓban=
dum. qꝛ qd̃ q̃dem eſt mediũ demõſtrandi ꝛ ipm ab
ſtrahit ab eſſe fuiſſe ꝛ foꝛe: igiť ꝑ ipm nõ põt demõ
ſtrari eẽ de nouo in eſſe mundo / neqȝ ex parte dei.
qꝛ deus ꝯtingenť vult ea que ſũt alia a ſe: igiť ꝯtin=
genter cãt mundũ / ſed non poſſum⁹ habere rõnem
demonſtratiuã ad ſciendũ volũtateȝ diuinã. iõ neu
tro mõ põt demõſtratiue ꝓbari mundũ icepiſſe. ꝛ
diciť ille doctoꝛ ꝙ expedit ꝙ hoc ſola fide tenetur
ne credita demonſtrarẽtur per aliquas rões ſophi=
ſticas ꝛ tũc poſſẽt infideles hẽre occaſionẽ irriden
di / credendo ꝙ ꝑ tales rões eẽt adheſio articu=
lis fidei: quas alij ſcirent ſoluere. ideo expedit ꝙ il
lud reueletur ſanctis. Et ſi additur ꝙ ſi deus non
agit per motum: poteſt habere effectum coeuum

et ponũtur ad hoc exẽpla ſanctoꝝ.vj.de trini.c.i.
de igne ꝛ ſplẽdoꝛe/de ſole ꝛ radio/ de virgulto et
de imagine ꝛ de veſtigio q̃ ponit Auguſti.x. de ci.
xxxj.Si pes ſtetiſſet ab eterno in puluere/ab eter
no fuiſſet cauſa veſtigii. Similiter Aug.v.de ciui.
iiij.Ille mod⁹quo nõ eſſe p̃ceſſit eẽ.ꝛc. vbi loq̃tur
de eternitate mũdi vix ĩtelligibilis eſt. Sed ſi ille
modus eſt ĩtelligibilis nõ ĩcludit cõtradictionem.
¶Itẽ:phi nõ viderũt ꝯtradictionẽ ponere mũdũ
coeternũ:deo igiẽ multofoꝛti⁹: neq̃ ſequẽtes mi-
nus ĩtelligẽtes videbũt.¶Itẽ: ſi naturalis cõſide
rat quatuoꝛ cauſas.ij.phi.ita methafiſic⁹.ii.meta
phiſice.Metaphiſic⁹tñ abſtrahit a motu : igiẽ põt
cõſiderare cauſam efficientẽ vt abſtrahit a motu:
igitur rõ creationis abſtrahit a rõne mutationis:
igitur poſſibile ẽ creationẽ eẽ reſpectu mũdi/ licet
nõ mutationẽ.et ſic põt cauſari:licet agẽs non mu
tetur.¶Cõtra iſtũ modũ arguit vn⁹ doctoꝛ. Pꝛio
ſcõm ꝙ dicunẽ duo ꝙ nõ põt ꝓbari ꝑ rõnẽ ſimpli-
citer neceſſariã. Scõo ꝙ nec ꝑ rõnẽ neceſſariã ex
ſenſib⁹ ꝓbaẽ oppoſitũ vtriuſq;. Pꝛimo oppoſitum
p̃mi:q2 oĩ facto opoꝛtet aſſignare factionẽ:nã vbi
mun⁹videẽ vbi ẽ ꝓductio vniuerſaliter opoꝛtet aſ-
ſignare ꝙ ꝓducto ꝯueniat ꝓductio:q2 fili⁹ dei ꝓ-
ductione ꝓduciẽ. Si igiẽ mũdus eſt fact⁹:igiẽ ali-
qua factiõe. Aut igitur illa factio manet ſemꝑ cũ
eſſe mũdi:aut nõ ſꝑ/ſ3 tñ in vno iſtãti:ſicut factio
rei tꝑalis in p̃ncipio ĩceptiõis eẽ. Si illo ſcõo mõ
igitur illud inſtãs vel qñ in q̃ ẽ factio mũdi erit p̃-
mũ in q̃ mũd⁹ẽ ꝛ pꝛi⁹nõ fuit. Si ſemꝑ factio ſit ſĩl'
cũ eſſe mũdi ſequunẽ duo inconueniẽtia. Pꝛimo ꝙ
mũdus erit ſucceſſiu⁹ꝛ nichil ꝑmanẽs. Scõo ſeq̃ẽ
ꝙ fieri eſt idẽ ꝙ ꝯſeruari/ ꝛ ſilr cauſari: ꝛ illud eſt
falſum ꝓpter duo. Pꝛimo q2 fieri eſt reſpectu ha-
bẽdi:ſed ꝯſeruari ẽ reſpectu habiti ꝯtinẽdi. Scõo
eſt hoc falſum:q2 cauſa particularis ꝓducit rem:ꝛ
poſtea eã nõ cõſeruat:igitur ꝓducere ꝛ cõſeruare
ſunt diſtĩcta in agẽte particulari:igiẽ differũt rea-
liter in agẽte ſuꝑioꝛi. Secũda rõ ad idẽ. Oẽ qd eſt
qñ ẽ neceſſe eſt eẽ. ſicut igiẽ pro hoc iſtãti ꝓ q̃ de⁹
producit nõ põt nõ ꝓducere:ſed pꝛi⁹nec ꝓ illo iſtã
ti ꝓ quo ꝯſeruat põt nõ ꝯſeruare:ſed pꝛius. Sic ſi
mũdus ẽ ab eterno:igitur ꝓ nullo nũc potuit deus
nõ produxiſſe mundũ:igiẽ neceſſario ꝓduxit mun
dum:q2 nõ potuit hr̃e potẽtiã p̃cedentẽ eſſe mũdi:
ita ꝙ non eẽ mũdi p̃cederet eſſe:igitur ꝓ quocũq;
inſtãti ꝯparetur mund⁹/ ad deũ ꝯparetur: vt actu
poſit⁹in eſſe vel vt pꝛi⁹ ꝓduct⁹:igiẽ nũq̃ potuit nõ
ꝓduxiſſe mundũ:q2 nũq̃ põt eẽ potẽtia vt res nõ
ſit pro illo inſtãti ꝓ quo ẽ niſi pꝛi⁹ nõ eẽ p̃cedit du
ratione:q2 non qñ ẽ:nec qñ p̃teritũ eſt:q2 hoc ſolo
pꝛiuaẽ de⁹.vi. Ethi. ꝛ Augu.li.xxvi. cõtra fauſtũ.
Iſte doctoꝛ inſtat ꝯ ſeipſum de p̃deſtinato : q2 ab
eẽno fuit p̃deſtĩat⁹:igiẽ nõ potuit nõ p̃deſtĩari:igiẽ
neceſſario ẽ p̃deſtinat⁹. Dicit ꝙ nõ eſt ſiĺe:q2 p̃de-
ſtinatio eſt ĩtra:reſpicit tñ obiectũ extra vt futurũ
Ideo nõ reſpicit iſtũ vt poſitũ in eſſe ſed vt ponen
dũ. ideo vt ipm ẽ extra ẽ in potẽtia ꝯtradictionis
Sed ex alia parte ſi mund⁹ſit etern⁹potẽtia crea-
tiua nõ reſpicit mũdũ vt ponẽdũ in eẽ:ſed ſemꝑ vt
ens actu:ideo nũq̃ ẽ in potẽtia ꝯtradictiõis ad eẽ
et nõ eẽ.¶Dico tñ ꝙ iſte rõnes nõ ꝯcludũt: q2 cum
dicitur p̃mo oẽ factu aliqua factiõe ſit: ꝯcediẽ.aut
igitur ſemꝑ eſt factio mũdi qñ eſt eẽ mũdi: aut nõ.
Dico loquẽdo de celo vel de aliq̃ ꝑmanente ꝙ ſeꝑ
manet factio cũ eẽ:q2 celũ ſemꝑ equaliter fit in cõ-
paratione ad cauſam pꝛimã.nã ſicut ponit Augu.
viij.ſuꝑ Geñ.ad literã. Aer non eſt fact⁹ lucid⁹ ſed
ſemꝑ fit lucid⁹:ita ꝯtinue cõſeruaẽ res a deo ꝛ gra
tia in aĩa.ſicut ꝯſeruaẽ lumẽ in aere a coꝛꝑe lumino
ſo:ſic ſm Aug.tota creatura ꝯtinue fit a deo:hec ẽ
eam ſemꝑ depẽdere a deo. Et cũ d̾r ſi ſemꝑ ſit:igiẽ
eſt ſucceſſiuũ.non ſeq̃tur:q2 in ſucceſſiuo pars vna
ſuccedit alteri ꝛ in ꝑmanẽte idẽ ꝯſeruatur pꝛius et
poſteri⁹:ſicut ſi ſil' ſtaret idẽ lumen/ cõſeruaretur ĩ
medio nõ nouũ ꝛ nouũ.ſic deus eãdẽ gratiã in aĩa
Et cũ d̾r poſtea ꝙ tunc ꝯſeruare ꝛ creare eẽnt idẽ/
vel fieri ꝛ conſeruari.poſſet ꝯcedi vno modo:alio
tñ modo differunt:q2 conſeruatio eſt datio eẽ poſt
idẽ eẽ in ꝯꝑatione ad temp⁹:nõ tñ in ꝯꝑatione ad
eternitatẽ:cũ in tali mẽſura nõ ſit pꝛi⁹. Sed crea-
tio eſt datio eẽ poſt nõ eẽ ꝙ non eẽ p̃cedit eẽ natu
ra vel duratione. Et ſic patet qualiter fieri non ſo
lum eſt reſpectu habẽdi:ſed reſpectu habiti cõſer-
uandi.ꝛc. Et cũ d̾r poſtea ꝙ illa diſtinguũtur in cã
particulari ꝓducere ꝛ ꝯſeruare:igiẽ ꝛ in cã ſuꝑio-
re. Dico ꝙ nõ ſeq̃tur:q2 cã ꝑticularis nõ eodem mõ
ꝓducit ꝛ ꝯſeruat rẽ:imo ſolũ req̃ritur ad fieri ꝛ nõ
ad ꝯſuari rem. Cã vo vniuerſalis eodẽ mõ ꝓducit ꝛ
conſeruat rem:et ideo ab iſta vere põt res cõtinue
fieri:ꝛ tñ vere ꝑmanere:q2 fili⁹dei eſt ingigni:ꝛ tñ
veriſſime ꝑmanet. vñ infinicies gigniẽ in ꝯꝑatiõe
ad temp⁹:q2 in quolibet iſtãti: ꝛ tñ veriſſime eẽ cõ
tinuaẽ in ꝯꝑatiõe ad tp̃s qd eſt totũ ſimul ĩ ꝯpara-
tione ad eternitatẽ.¶Ad ſecundã rationẽ dico ꝙ
iſta min⁹valet:q2 hec ꝓpoſitio falſa eſt/nichil cõ-
tingẽter ſe habet ad a.niſi p̃cedat a.duratiõe. Pro
bo:nã cã pꝛi⁹ duratione effectu non cauſat effectũ
nec vt poſterioꝛ effectu poſito ĩ eẽ:q2 iã effect⁹ cau
ſat⁹ẽ:igiẽ cã ſolũ cauſat effectũ: vt ſimul duratiõe
et pꝛi⁹natura:igitur ſi vt ſic non contingenter cau
ſat effectum: ꝛ vt pꝛi⁹ duratione non cauſat: nec vt
poſteri⁹duratione:igitur q̃libet cauſa vt cã eẽt ne-
ceſſaria. Si igitur cauſa qñ cauſat non contingen-
ter cauſaret nũq̃ ꝯtigenẽ cauſaret:q2 qñ nõ cauſat
igitur nec neceſſario nec ꝯtingẽter:igitur ſi aliqua
creatio eſt contingens in vniuerſo/opoꝛtet ꝙ cau
ſa pꝛi⁹natura effectu ꝛ ſimul duratione eſſet ꝯtin-
genter. Neq; valet cõparatio ad p̃teritũ: q2 ꝛ ſi qd
preteritũ eſt non poſſet non fieri. Iſta tamen cau-
ſa que cauſauit effectum preteritũ fuit pꝛioꝛ natu-
ra et ſimul duratione ꝛ ſolum cauſauit contingen-
ter vt pꝛius natura:q2 illa contingens fuit cauſa re
ſpectu ſeſſionis mee heri ſicut hodie. Et cũ dicitur
Omne quod ẽ qñ eſt.ꝛc. dictũ eſt pꝛi⁹ ꝙ homo ne
ceſſe erit ex parte pꝛimi: ita ꝙ qñ eſt determinatũ
eſſe. ꝛ ſic intelligit philoſoph⁹. Non eñ vult ꝙ pre-
ſentia omnia ſint neceſſaria abſoluta neceſſitate.
Et cum ille doctoꝛ inſtat contra ſe.dico ꝙ demon
ſtratiue inſtat et non ſoluit: q2 ex determinatione

in effectu ex hoc ꝙ ponitur in eſſe non cõcluditur
maioꝛ determinatio in cauſa q̃ ſi non ponitur. vn=
de neceſſarium nunq̃ dependet ex ꝯtingenti. ideo
ſi ſit determinatio vltimata in cauſa reſpectu effe
ctus ponendi in eſſe equaliter ponetur in eſſe pro
illo nunc / ſi cauſa eſt potẽs ⁊ nõ ipedibilis: ſicut ſi
nunc poneretur in eẽ: ideo equaliter ſequitur ſi ali
quis eſt predeſtinat⁹ ab eterno ꝙ nõ poteſt nõ pre=
deſtinari: ſicut ſi mũdus eſſet ab eterno ꝙ non po=
teſt non produci. ideo dico ꝙ contingẽtia ſtãt ſim
pliciter reſpectu effectus ponẽdi in eſſe ex hoc ſo
lo ꝙ ſunt prius natura ⁊ ſimul duratione. Iſte do=
ctoꝛ alibi adducit alias duas rationes. Prima eſt:
quelibet ſpecies eque eſt i potẽtia obiectiua reſpe
ctu dei tã homo q̃ equ⁹. Sicut igitur ab eterno ſm
iſtos deus ꝓduxit ſolẽ / ⁊ vſqꝫ huc conſeruaſſet: ſic
ab eterno poſſet ꝓduxiſſe aſinum / et ille genuiſſe
alium / ⁊ ille aliũ: et ſic in infinitũ. et tñ nũc deuen=
tum eſt ad iſtũ aſinũ vltimo generatũ. et prim⁹ aſi
nus erat iſte creat⁹: igiꝭ poſitis extremis erũt me=
dia infinita. hoc autẽ eſt ipoſſibile. Secunda rõ ad
idem: que conueniunt eidẽ oꝛdine nature / pri⁹ du=
ratione conuenit id quod eſt pri⁹ natura: ſed crea=
re oꝛdine nature prius cõuenit non eſſe q̃ eſſe: igi=
tur prius duratione. Maioꝛ patet: qꝛ non poſſent
ſimul duratione illa duo cõpetere: nec indifferẽter
vnum ante aliud: igitur prius duratione eſt qð eſt
prius natura. Ipſe inſtat cõtra ſe de principio ⁊ cõ
cluſione: qꝛ pri⁹ natura eſt veritas in pricipio: nõ
tñ prius duratione. Et reſpõdet ꝙ maioꝛ nõ eſt ve
ra cõparando pri⁹ natura ⁊ poſteri⁹ natura ad di=
uerſa: ſicut veritatẽ ad pncipia ⁊ cõcluſionẽ. Sed
qñ oppoſita cõueniũt eidẽ oꝛdine nature / illud qð
prius cõuenit oꝛdine nature prius conuenit eidem
oꝛdine durationis: qꝛ oppoſita nõ poſſunt cõueni
re eidẽ ſimul duratione. Prima iſtarũ rationũ eſt
ꝓbabilis: ſed ſecunda non valet: qꝛ vt prius dictũ
eſt / qñ duo oppoſita cõpetunt eidẽ / vnuꝫ prius na
tura aliud poſterius: ſi iſtud pri⁹ natura ſit pri⁹ actu
et poſitione: ita ꝙ ibi ſit oꝛdo nature poſitione / ne
ceſſaria eſt maioꝛ. Sed ſi oꝛdo ille nature nõ ſit po
ſitione ſed ꝑuatione: ſicut exẽplificatuꝫ eſt q̃ſtione
ꝑcedenti nõ opoꝛtet pri⁹ natura ꝯpetere pri⁹ dura
tione: qꝛ ſi ſubſtãtia pri⁹ ẽ accidẽte oꝛdie nature / ⁊
cauſa effectu: igiꝭ poſſibile eſt qð pri⁹ duratiõe ſit
pri⁹ natura: ſed non eẽ creatẽ ẽ pri⁹ eẽ ſm phõs tñ
priuatiue: hoc eſt de ſe non hꝫ eẽ: vnde ſi rõ cõclu=
deret impoſſibile eſſet ꝙ de⁹ ſimul duratiõe cauſa
ret materiã ⁊ foꝛmã: qꝛ eſto ꝙ ſic cauſet adhuc ma
teria ẽ pri⁹ natura foꝛma: et ꝑ ꝯñs pri⁹ natura ꝑua=
tiõe eſt materia q̃ foꝛma: Si tñ neceſſario ex hoc
ſeq̃retur ꝙ pri⁹ duratione impoſſibile eſſet ꝙ deus
ſimul duratione crearet materiam ⁊ foꝛmam: non
ꝓpꝛie materia ibi non mutaꝭ: qꝛ nec ꝑcedit natura
poſitione foꝛma: ideo nõ ẽ ibi ꝓpꝛie mutatio a pri
uatione ad foꝛmam: qꝛ nunq̃ ꝑfuit priuatio in ma=
teria: qꝛ licꝫ priuatio ieſſet materie ſibi derelicte ⁊
etiã nõ eẽ pri⁹ ꝯpeteret creature q̃ eſſe ſibi dereli=
cte: tñ cã extiſeca põt ꝑuenire ne priuatio habeaꝭ
in materia: et ne creatura pri⁹ duratiõe hẽat nõ eẽ
q̃ eẽ. Iſta igiꝭ rõ nõ ꝯcludit icõpoſſibilitatẽ ponẽdi
creaturã ab etno. ¶ Alij arguũt ꝯ ꝑmã opionem.
Primo ex ifinitate multitudĩs: qꝛ ex ſenſib⁹ eſt no
tũ licet nõ ſit ſenſibile: ꝙ ſi mũd⁹ eẽt etern⁹ / infini
ti hoies ꝑceſſerũt / et aĩa itellectiua ẽ icõꝛruptibi=
lis: et notũ fuit phis ꝙ ifinita nõ pñt eẽ ſil' in actu.
¶ Itẽ in cõtinuis arguiꝭ: quolibet die poſſet deus
creaſſe vnum lapidẽ ⁊ ipſum conſeruaſſe: ⁊ ex his
poſſet eẽ vnũ q̃tũ in actu. ¶ Ad primũ hoꝝ dr̃ pri
mo ꝙ illa nõ eſt demõſtratio: quia nõ cogit omneꝫ
itellectũ: ⁊ demõſtratio debet oĩꝫ itellectũ cogere
Sed illud nõ valet: qꝛ tũc ſequiꝭ ꝙ nulla eẽt demõ
ſtratio in geometria. nulla eñ ẽ q̃ cogit oẽm intel
ctum. vñ põt eẽ demõſtratio ſpecialis ⁊ potiſſima
licet nõ ſtatim aſſentiat itellect⁹ notis termis con
fuſe. Nulla eñ cã talis demõſtratio ẽ q̃ cogit itelle
ctũ niſi ꝑmiſſe ſint cões aĩmi ꝯceptiones / vel ꝓpõ
ne s ſint ꝑ ſe note ex cõceptu terminoꝝ vt termini
ſunt. vñ ſtatim q̃ſcũqꝫ nouit ꝙ totũ ẽ mai⁹ ſua pte /
notis terminis ꝯfuſiſſime. vñ licet vetula ignoꝛet
in quo genere ſit linea / ſi ſciat ꝙ hec ẽ pars / ⁊ alia
totũ: ſtatim nouit ꝙ eſt maioꝛ ſua pte. ¶ Preterea
ex hoc ſeq̃reꝭ ꝙ Ariſto. nõ feciſſet demõſtratiões i
libꝛo phiſicoꝝ: nã multe ſũt q̃ nõ cogũt paruũ itel
lectũ numero. Videꝭ multis ꝙ valde bene ſciũt re=
ſpondere. Silr Euclides cũ demõſtrauit de angu
lo ꝯtigẽtie ꝙ ẽ oĩm anguloꝝ acutiſſim⁹. q̃buſdam
videturꝙ ꝯcluſio ẽ ipoſſibilis: ⁊ tñ ex intẽtione de
mõſtrat ꝯcluſionẽ. ¶ Aliter dr̃ ꝙ illud qð iferꝭ nõ
eſt ipoſſibile: qꝛ nõ ẽ incõueniẽs i accidẽtaliter oꝛ=
dinatis ponere ifinitateꝫ: ſic ſunt oꝛdinate infinite
aĩe. ¶ Cõtra: ille cauſe dicũtur accidẽtaliꝭ oꝛdiate
q̃ ꝑ accidẽs req̃runꝭ ad actionẽ: ſicut cauſe ꝑ ſe oꝛ=
dinate ſunt qñ q̃libet ꝑ ſe hꝫ cãlitatẽ aliã ⁊ aliaꝫ ⁊
ſil' req̃runꝭ ad actionẽ: ita ꝙ deficiẽte vna nõ pt ef
fect⁹ eẽ: qꝛ tũc nõ eẽt eſſentialis oꝛdo: ille cauſe ſũt
alteri⁹ oꝛdis. Cauſe võ accidẽtaliter oꝛdinate ſunt
eiuſdẽ oꝛdis: ⁊ nõ req̃runtur ſiml': ſed ſufficit vna
ꝑ ſe. nã accidit ſoꝛti ingtũ gñat platonem ꝙ fuit a
cicerõe: qꝛ ſi fuiſſet prim⁹ hõ eq̃liter poſſet gñaſſe.
Philoſoph⁹ igitur negat ifinitatẽ in cauſis ꝑ ſe / et
nõ i cauſis ꝑ accidẽs: qꝛ ille ſunt ſucceſſiue ⁊ nũq̃
ifinite ſil'. vñ ⁊ ſi fuiſſent ſil' eq̃liꭇ fuiſſet phõ icõue=
niẽs ponere ifinitas cãs ꝑ accidẽs oꝛdinatas ſi
cut ꝑ ſe: qꝛ ſicut hꝫ ꝑ ipoſſibile ifinitũ numerũ eẽ i
actu eq̃liꭇ hoc repugnabit de nũero imaterialiũ ſi
cut materialiũ ⁊ accidẽtaliꭇ oꝛdinatoꝝ ſicut ꝑ ſe.
Vñ vt pri⁹ dictũ ẽ poſioꝛa ꝑncipia q̃ tenuit Ariſto.
debuit ponere itellectiuã coꝛruptibilẽ poti⁹ q̃ icoꝛ
ruptibilẽ. Nec hui⁹ ꝯ̃rium vult Auicẽ. nec algazel.
Tertio dr̃ ꝙ ⁊ ſi mũd⁹ ſit etern⁹ nõ ſeq̃tur ifinitos
hoies ꝑceſſiſſe: qꝛ de⁹ poſſet aliꭇ creaſſe hoies q̃ ꝑ
gñationẽ: ⁊ tũc nõ opoꝛteret ꝙ añ iſtũ eẽt ali⁹ ifi=
nitũ. Sed iſta rñſio magis ẽ ꝯ phõs ⁊ ꝯ ſenſibilia
qꝛ ſi rõ naturalis magis neceſſario ꝯcludit nõ ſem
piternitatẽ mũdi q̃ ſempitnitatẽ. igiꭇ phi nitẽtes
rõni naturali mag̃ deberẽt hoc ponere / ſi ex ſen=
ſibilib⁹ magis poſſꝫ ꝯcludi ſempitnitas. igiꭇ mag̃
dꝫ poni ſm ſenſibilia q̃ videꭇ: igiꭇ mag̃ debẽt poni
Sed ponũt philoſophi ꝙ hõ nõ ꝓceſſit in eſſe niſi

per generationē: q2 equale inconueniēs fuit pħo
deū creaſſe primū hoiem / ſicut ſecundū / vel ter=
tiū. ideo ponit vniuerſaliter ꝙ gñatio vni⁹ eſt cor=
ruptio alteri⁹: ꝛ ꝙ hō tñ ꝓducebat̄ ꝑ propagatio
nē. Quarto ḋr ꝙ poſſet de⁹ creaſſe vnū hoiem ab
eīno: ꝛ ille poſſet nūc de nouo gñaſſe qñ placuit: ꝛ
ſic nō ſequit̄ īfinita eē ſil'. ❡ Cōtra illud eſt intētio
pħi expſſe: quā tñ iſti volūt ſuſtinere: q2 ſi virt⁹ illi⁹
hoīs ſit vt ſp̄ fuit: igit̄ hꝫ virtutē vt ſp̄ maneat: igit̄
hꝫ virtutē vt ſit ſempitn⁹: igit̄ icorruptibilis. cum
igit̄ poſtea gñat ꝓducit hoiē corruptibilē: ita nō
erit gñatio vniuoca: q2 ille hō gñat⁹ ē natura icor=
ruptibilis ꝛ ṗor naturalit̄ icorruptibilis: igit̄ diffe
rūt pl⁹ ꝙ̄ gñe naturali: igitur differūt ſpē: igitur nō
eſt gñatio vniuoca. ❡ Itē: iſti dicūt ꝙ celū potuit
ꝓduci ſine motu: ꝛ dicūt etiā ꝙ nō ſunt īfinite cir=
culatiōes niſi in potētia tñ / ꝛ non in imagine: q2
tñ eſt vn⁹ mot⁹ toti⁹. ❡ Sed ꝯ illa ē itētio pħi ex=
preſſe: q2 pħs hꝫ ꝓ ipoſſibili ꝙ mouens ſit ſempit
nū ꝛ mobile ſilr: ꝛ tñ ꝙ mot⁹ icepit. ❡ Itē: eſto ꝙ
nō eſſent īfinite reuolutiones niſi in potētia tñ: et
vnus mot⁹ tot⁹ īfinit⁹: tñ incōueniēs eēt ſicut ſi īfi
nite reuolutiones: q2 ſicut ipoſſibile ē vltimū īfint
torū ſm nūerū eē acceptū: ꝛ ꝑ ꝯñs hāc reuolutio=
nē vltimā ſi eſſent īfinite: ita ipoſſibile ē vltimum
vni⁹ īfiniti eē acceptū. ❡ Itē: ꝙ nō tñ ſint reuolu=
tiones i potētia ꝛ ſm imaginē. Probatio: q2 illud
qḋ nō circulat̄ niſi i ꝯpatiōe ad a. Si plures ſic cir
culat̄ / ſimpliciter plures circulatur: ſed celū nō cir
culat̄ niſi i ꝯpatiōe ad certū pūctū: q2 nō ſm totū
mutat locū ſimplr. nō eñ mutat locū in ꝯtineri ali
ter ꝛ aliter: ſed magis i ꝯtinere. hoc ē nō eodē mō
ſe hꝫ i ꝯtinere actiue: igitur nō circulatur ſimplr:
niſi q2 pars ei⁹ aliter ſe hꝫ i ꝯpatiōe ad idē imobi=
le vt cētrū: nō ꝙ locetur ꝑ cētrū ſm fictionē. co. Ni
chil eñ locat̄ i ꝯtiere actiue: igit̄ tñ circulatur: q2
ille pūct⁹ i celo nō redit ad eūdē. ſi tñ i ꝯpatiōe ad
detminatū punctū i cētro. Sꝫ ponūt theologi pū
ctū i celo empireo qḋ ē imobile ſcḋm totū / ꝛ ptes
correſpōdere pūcto eidē i celo mobili cū miltoiēs
redit ad idē punctū: ꝛ ītio ipi ponūt circulationē
ei⁹ redeūdo ad idē pūctū celi imobil' qḋ ꝯtiet ipm
Ita ponunt pħi ex alia parte celū circulari in re=
deūdo ad idē pūctū reſpectu illi⁹ qḋ ꝯtinet actiue.
❡ Itē: qḋ ipoſſibile ē factū eē / ipoſſibile ē fieri. vj.
phi. ꝛ. j. de ce. ꝛ rō ꝓpōnis ē ſatis gñalis ꝙ poten=
tia nō ē ad ipoſſibile: igitur niſi eēnt multe circula
tiones actu vna poſt aliā / ipoſſibile eēt celū moue
ri. ❡ Et ſi dicas ꝙ ꝓpō itelligit̄ de motu recto: rō
ꝓpōnis eq̄liter ſe extēdit ad motū. Vñ bñ pōt eē
ꝯtinuitas vni⁹ circulationis ad aliā: licet ſint duo.
bene eñ ꝯtinuātur alia duo q̄ nō ſunt vnū ꝯtinuū
ſūma ꝯtinuitate ſicut pꝫ de duab⁹ lineis facientib⁹
angulū: ꝛ ſicut declarabitur alibi quō mot⁹ refle=
xus aliqua ꝯtinuitate pōt eē vn⁹ lꝫ nō ſimpliciter.
❡ Itē ſcḋm phm. iij. phi. Infinitū ē cui⁹ ꝙ̄titatem
accipiētib⁹ ſemꝑ aliqḋ ē extra: igitur ſi mot⁹ ex pte
ante ē īfinit⁹ ex q̄ terminatur ad hoc mutatū eē / eq̄
le incōueniēs ē ipm eē acceptū vel ptrāſitū. Sed
ſi eſſēt īfiniti: q2 ex ea pte qua īfinitū nūq̄ pōt eſſe

ptrāſitū. Cū igit̄ nō ſit niſi duplex īfinitū vel i vir=
te vel in ꝙ̄titate. et ṗmo mō nichil pōt eē infinitū
niſi de⁹. nec ſcḋo mō aliqua creatura: igitur ꝙ̄tum
ex ſenſib⁹ poſſum⁹ habere magis neceſſaria eſt no
uitas mūdi ꝙ̄ ſempiternitas. ❡ Dico igitur ad pri
mū ꝓ prima opinione ꝙ non cōcludit nec ex parte
mūdi nec ex parte dei. vnde vn⁹ doctor dicit ꝙ qḋ
nō eſt mediū demōſtrādi mundū eē: ſed exiſtētia.
tamen q2 exiſtētia abſtrahit / dico aliter ꝙ ꝑ qḋ qḋ
eſt poteſt aliqñ ꝯcludi ꝙ aliqḋ repugnat alicui: ꝛ ꝙ
aliud ſibi non repugnat: q2 ſi aīa haberet quod qḋ
ꝑ hoc poſſet cognoſci ꝙ ſibi repugnat albedo: q2
nunq̄ ſibi poſſet ineſſe: non tñ cōcludi ꝙ ſapientia
ſibi repugnat: immo ꝙ ſibi pōt ꝯpetere. dico ꝑ qḋ
qḋ eſt mūdi vel eſſentie create pōt ꝯcludi ꝙ eē ſem
piternaliter repugnat eſſentie create: ſed nūc eſſe
nō repugnat creature. Similiter ex parte volūta=
tis diuine quāq̄ ꝯtingēter velit alia a ſe / poſſum⁹
cognoſcere neceſſario deū nō velle ſimpliciter im
poſſibile nec ipoſſibile: igitur ſi mundum fuiſſe ab
eterno claudit contradictionē ſicut pōt ſcḋm doc.
ꝑ rationē naturalē: poſſum⁹ hoc cognoſcere ꝙ vo=
luntas dei non eſt ad hoc. ꝛ cū dicitur poſtea ꝙ vti
le eſt ꝙ ſola fide teneam⁹ mundū incepiſſe: ne ſim=
pliciores haberēt occaſionē errandi. Dico ꝙ tunc
fruſtra laborarēt ſancti: q2 in multis laborāt vt in=
telligāt que pri⁹ crediderūt: ꝛ vtile eſt ꝙ ad hoc ha
beant aliqualē rationē naturalē qñ pōt haberi: vt
credentes magis firmētur non ſolū tenendo hoc
ꝓpter illā rationē: ſed magis adherendo cū vidēt
poſſibilitatem: ꝛ non credentes videant ſophiſti=
cas rationes ſuas hoc improbātes poſſe ꝓhiberi
et ſint min⁹ efficaces proterue: nec ꝓpter hoc eua
cuatur fides. Sed ſi eſſet ſimpliciter ratio neceſſa=
ria: tūc non ſtaret fides ꝓ tanto q2 non inclinaret
intellectum ad illud verū: q2 cauſa fortior ṗcuitret
magis inclinans vt ratio ſimpliciter neceſſaria: q2
non ſolū contraria cauſa fortior exterminat con=
trariā: ſed fortior euſdē rationis ſicut patet de lu
mine maiori ꝛ minori. ❡ Ad aliud dictum eſt pri⁹
ꝙ neq3 ꝓpter hoc ꝙ agēs agit ꝑ motū neq3 ꝑ itin
rationē eſt cauſa quare nō poteſt habere terminū
coeuū: igitur q2 ſi deus poſſit haberē ad extra eter
nū: ita bene poſſet habere illum per motū ſicut nō
per motum. Et cū ponuntur exempla ſanctorū di=
ctum eſt pri⁹ quia non inducunt iſta ad declarandū
ſolum poſſibilitatem ſimul exiſtentie effectus cū
cauſa: ſed neceſſitatē: quia ignis nunc primo eſſet
nunc haberet ſplendorem neceſſario ſi prius eſſet
prius haberet: nulla talis poteſt eſſe neceſſitas pri
mo cauſe ad aliquid tātum extra. Et cū dicitur ꝙ
Augu. dicit ꝙ pes eſt cauſa veſtigii: dico ꝙ hoc nō
dicit ex intentione: ſed recitat ibi opiniones philo
ſophorum: ꝛ dicit ſic. Dicunt eñ. ꝛc. Unde ꝙ pes
ſit cauſa veſtigij ab eterno / claudit contradictio=
nem: q2 impoſſibile eſt ꝙ pes eſſet veſtigiū in pul
uere niſi ꝑ motū localē: ꝛ ꝙ ſic cauſet: ꝛ tñ ab eter
no plane claudit ꝯdictione: et illud exēplū decipit
multos philoſophātes. ❡ Ad aliud de mō itelligē
di cū dicit Augu. ꝙ ille modus eſt vix itelligibilis

poteſt dici ꝙ eſt vix itelligibilis iferioꝛi. Uel ſi ponam⁹ ꝙ mundũ fuiſſe ab eterno / claudit contradictionẽ. Poteſt dici ꝙ ibi eſt ꝯtradictio latẽs: ⁊ tũc põt dici ꝙ ille modus eſt vix intelligibilis: q꜄ ab illo itellectu q̇ nõ videt ꝯtradictionẽ ẽ itelligibilis: ab illo v̇o q̇ videt nõ ẽ itelligibilis. Ad aliud dicit: philoſophi nõ viderũt iſtã ꝯtradictionẽ / verũ eſt: imo plura dixerũt ſine demõſtratione q̃ cũ demõſtratione. vnde ſcḋm intẽtionez philoſophi nõ eſt ſuſtinẽdũ ꝙ q꜄ dixerũt hoc: ratio illa ẽ: q꜄. ij. de ce. dicit: ꝙ de illis q̄ſtiõib⁹ difficillimis ꝙ opoꝛtet minimis rõnib⁹ eſſe ꝯtentũ in difficillimis. vñ in arduo aliqñ ratio adducta nõ eſſet ſufficiẽter pſuaſiua rethoꝛi. ¶ Ad aliud cũ ḋr / efficiens abſtrahit a mutãte: ⁊ ratio cauſationis ⁊ rõ mutationis: verũ eſt: q꜄ põt cõcipi hoc nõ cõcepto illo: non tamẽ ſic abſtrahitur metaphiſicalia quin ſint in phiſicis: ideo licet poſſit concipi dans eſſe ſine mutatione et nouitate: nõ tñ põt eſſe in re dãs eſſe: niſi dat eẽ nouum. ¶ Ad p̄mũ principale dico ꝙ rõ concludit de agẽte naturali: nõ autẽ de mouẽte voluntarie. tale eñ põt de nouo mouere: licet nõ aliter ſe habeat. ¶ Ad aliud dico ꝙ q̇libet pũct⁹ in magnitudine circulari ẽ p̄ncipiũ ⁊ finis: ⁊ ideo tale nũq̃ põt eẽ finis ſimplr. nõ ſic ẽ de tp̄e: q꜄ nõ redit idez inſtans: ſed ſunt ſemꝑ ſm lineã rectã. Ideo dico ꝙ temp⁹ eſt in aliquo inſtãti vt in p̄ncipio / ⁊ in alio vt in fine: licet ſic nõ poſſet eſſe de magnitudĩe circulari. ¶ Ad aliud dico ꝙ id quod habet virtutez actiuã vel foꝛmalẽ qua ſemꝑ ſit eſt ſempitẽnũ: ⁊ ſic poſuit philoſoph⁹ ꝙ celũ haberet virtutẽ foꝛmalẽ ſicut illud q̇ḋ habet virtutẽ qua ſemꝑ ſit: hoc ẽ potentiã receptiuã qua ſemꝑ põt recipe eẽ nõ neceſſe eſt ꝙ ſemꝑ ſit: ſed põt ſemꝑ eſſe / ⁊ põt nõ ſemꝑ eſſe: ⁊ tũc nõ ſit ꝯtingẽs neceſſariũ: q꜄ ſemꝑ remanet ꝯtingẽs ex parte ſui foꝛmaliter. ¶ Ad aliud dico ꝙ igenitũ nõ incipit eẽ ꝑ generationẽ: ſed alio mõ: ideo nõ opoꝛtet ꝙ ſit ſimpliciter ſempiternũ. ¶ Ad aliud ꝯcedo ꝙ generatio vni⁹ ẽ coꝛruptio alterius ꝓprie loquẽdo / ⁊ ecõtra. Sed nõ quecũq꜄ ꝓductio vni⁹ eſt coꝛruptio alteri⁹: q꜄ totalis ꝓductio nõ eſt alicui⁹ pexiſtẽtis: nec totalis deſtructio aliq̇d poſt ſe relinquit. Ideo ꝓprie loquẽdo nõ eſt dare p̄mã generationem quin preſupponat partem generati. ¶ Queſtio. v.

Quinto q̄ritur vtrũ creatio ſit idez nature create. Q꜄ nõ. Auicẽ. v. metha. q̇dditas eſt tñ q̇dditas: igit non eſt idẽ ꝙ creatio cũ natura creata ſit abſoluta. Itẽ: ſi ſic creatio ſemꝑ maneret q̃diu maneret creatũ: ꝯſequens eſt falſum: q꜄ creatio nõ eſt niſi in p̄mo inſtãti in quo creatura capit eſſe imediate poſt nõ eſſe. ¶ Itẽ: ſi creatio ſit idẽ eſſentie angeli: igit nõ poſſet repare eũdẽ angelũ ſi pri⁹ adnichilaſſet ipſum: q꜄ nõ poſſet reparare eandẽ creationem numero: ſed conſequens eſt falſum: q꜄ vt declaratum eſt in materia de reſurrectione / deus poſſet hominẽ repare: ⁊ ſi adnichilaſſet materiã et foꝛmã. ¶ Itẽ: ignis generat⁹ ab igne habet materiã ignis ab igne generãte / ⁊ nõ ab eodẽ habet creationẽ: igit creatio nõ eſt idẽ ꝙ res creata. Si eñ ignis hẽret creationẽ ab igne: igit ignis cãret ignẽ. ¶ Item: mutatio differt a termino: ſed creatio eſt mutatio: igit differt a termino: natura creata eſt termin⁹: igit ⁊c. Maioꝛ patet: q꜄ mot⁹ eſt de genere paſſionis: ſed terminus ꝯmutatiõis nõ eſt de genere paſſionis: q꜄ vt habet. v. phiſicoꝝ. ad paſſionẽ nec eſt motus nec mutatio: igit oĩs mutatio differt a t̃mino. Minoꝛ pȝ: q꜄ in oĩ gñe eſt vnũ p̄mũ. x. metha. p̄mũ in gñe mutationũ nõ põt eſſe gñatio: q꜄ nõ ꝯpetit oĩb⁹ / nec mot⁹: q꜄ ibi minime aliq̇d realit aliter ſe hȝ: et iſta ẽ veriſſima mutatio in q̃ veriſſime q̇ḋ mutat alit et alit ſe hȝ. Pria igit mutatio ẽ creatio. Sꝫ ſic mutatio ẽ iter oppoſita: igit p̄ma mutatio iter maxie oppoſita hui⁹ ſũt termini creatõis / nõ aũt t̃mi gñatõis cũ ſit a p̄uatiõe ad foꝛmã / ⁊ nõ a nõ ente ſimplr: hoc eſt nullo mõ. ¶ Oppoſitũ. Si creatio nõ eſſet idẽ ſꝫ aliud a natura creata: igit vel ẽ creatoꝛ / vel mediũ iter creatoꝛẽ ⁊ creaturã / vl accidẽs nature create. Nõ creatoꝛ: q꜄ creatio ẽ noua / creatoꝛ nõ. Nõ mediũ: tunc eſſet pri⁹ natura q̃ creatura. Nõ accidẽs creature: q꜄ ſic eẽt poſteri⁹ natura: ſed ipoſſibile ẽ creaturaz eẽ pri⁹ natura creatione: igit ẽ idẽ ꝙ creatura. q̇ḋ ſi eſſet pri⁹ creatura in nichilo eſſet. ¶ Queſtio. vi.

Sexto q̄ritur: vtrum relatio creature ad deum in rõne cauſe ſit eadẽ creatura. Q꜄ non. Aug. v. de tri. c. i. In reb⁹ creatis q̇ḋ nõ ſcḋm ſubſtantiã dicit / ſcḋm accñs dicit: ſꝫ relatio creature ad deum vt ad cãm non dicit ſcḋz ſubſtantiã: q꜄ ſic diceretur ad ſe ſcḋm illaz. ⁊ hec videt ratio Simpli. vlti. c. illius capituli ſuper predi. igitur eſt accidens. igitur non eſt idẽ ꝙ creatura. Item. iiij. methaphiſice. Infert philoſoph⁹ ꝯtra ponentes omĩa apparentia eſſe vera ꝙ oĩa eſſent ad aliquid ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ nõ eſt incõuenĩẽs oĩa eẽ ad aliq̇d denominatiue: ſed non eſſentialiter: Sed ſi relatio creature ad deum vt ad cauſã ſit idẽ ꝙ eſſentia creature: ſeq̇tur ꝙ oĩa ſunt eſſentialr ad aliq̇d. Item: p̄dicamenta ſunt primo diuerſa. q꜄ ſi non eẽnt: eſſent differẽtia. q꜄ q̇ differunt: ⁊ in aliquo cõueniunt ſũt differẽtia: ⁊ ſic p̄dicamenta eẽnt ſpecies. Igitur nichil idẽ q̇ḋ eſt in vno predicamento eſt: ẽ ĩ alio relatio creature ad deum eſt ĩ p̄dicamento relationis eſſentie creature eſt in genere ſubſtantie ſaltem alicuius. ¶ Oppoſitũ. eſſentiali⁹ dependet effectus a cauſa p̄ma q̃ a cauſa ſecunda: ſꝫ habitudo cãti ad cauſã ſcḋam non eſt res alia a natura toti⁹ cauſati: q꜄ contradictio eſt ꝙ ſit natura totius cãti vt hominis vl lapidis: ⁊ non ex partib⁹ itrinſecis materie ⁊ foꝛme: ⁊ ille ſunt cauſe ſecũde. igit habitudo ad cauſã p̄mam non eſt aliud ab effectu. ¶ Ad ſecundam queſtionem dicitur p̄mo ꝙ habitudo creature ad deum in ratione cauſe ẽ eadẽ creature. ⁊ ſic eadem ꝙ natã ei⁹ nõ ẽ niſi q̇dã depẽdẽtia ad deũ. Ad hoc allegatur Anſel. monolo. xxi. licꝫ creatura aliquid

ſit in ſe:tamen nichil eſt reſpectu dei: igit̄ videtur ꝙ nichil eſt niſi quedā dependētia ad deum. Ratio ad hoc adducit̄. Omne ens: aut eſt eſſe / aut cui ꝯue nit eſſe: ſolus deꝰ eſt eſſe: igit̄ creatura eſt cui couenit eſſe. omne tale eſt ens participatiue. eſſe igitur formaliter eſt id qḋ eſt ipſa participatione. participatio vō eſt relatio: igit̄ creatio eſt id qḋ ē formaliter relatiōe. Iſtud ſic exponit̄ ſcḋm Boetium in ebdomad. In oī citra pmū aliud eſt qḋ eſt et quo eſt. abſtractū eiꝰ qḋ eſt / eſt aliqtas. abſtractū eiꝰ q̄ eſt ratitudo: ⁊ ipſa formaliter eſt reſpectꝰ ad deū / et nō fundatur in re rata: qꝛ ratitudinē tm̄ pcedit aliquitas q̄ ē res a reoꝛ reris: ⁊ iſta non diſtinguit̄ cōtra ficta: ita ꝙ pmo ē rō rei vt ḋr a reoꝛ reris: et iſta eſt ratio rei opiabilis. Scḋo eſt exēplatū: hoc eſt rō rei exēplate q̄ ḋr res rata. Tertio eſt eſſe exiſtentie. Et ſi q̄rat̄ ab iſtis qḋ fundat iſtā relationē q̄ ḋr ratitudo / nō aliqtas: qꝛ nichil ē: ⁊ relatio realis fundat̄ in re vera. ¶ Dicūt ꝙ relatio eſt duplex Quedā ē adueticia: ⁊ ḋr relatio accidētalis. Quedā eſt relatio ſubſtātialis ꝯſtruēs fundamētū ⁊ nō pſupponēs. huiꝰ ē hec relatio ratitudīs accidētal̄ nō pſupponit fundamentū. Iſta diſtictio patet p ſimplicitū ſup pdicamēta. ¶ Cōtra illud pmo ē auctoritas aug. vii. de tri. ij. De qḋ refert̄ ad aliqḋ excepto relatiuo. ⁊ in pncipio tertii. Si nichil eſt ad ſe: nichil eſt ad alterū: igit̄ eſſentia creature nō ē ſola depēdētia. ¶ Itē: ſi relatio nō fundat̄ in aliquo tā nō eſt relatio: qꝛ diuīa relatio vbi minime videt̄ fundat̄ in aliqḋ: illḋ igit̄ ī q̄ fundat relatio: aut ē abſolutū aut relatiuū. Si abſolutū: igit̄ tale ē ad ſe: igitur ratio formalis eius eſt ꝙ ſit ad ſe: non igitur eſt formaliter ad aliud. Si illud in quo relatio fundatur eſt relatiuū. Adhuc q̄rā de iſta relatiōe: aut fundatur in abſoluto: aut in ꝯparato. ⁊ ſic vel erit pceſſꝰ in infinitū: vel ſtabit̄ ad quā relationē q̄ fundabitur in abſoluto: ⁊ tūc illud nō erit formalit̄ ad aliud. ¶ Itē: īpoſſibile ē ꝙ illud qḋ īcludit formaliter ad aliud ſit formaliter ad ſe: igitur ſi creatura ſit formaliter ad ſe: nō eſt tm̄ reſpectꝰ vel depēdētia. ¶ Itē: diffinitio pfecta explicat eſſentiā diffiniti: ſed diffinitio lapidis pfecta nullā relationē dicit: qꝛ vt pfecta eiꝰ diffinitio ꝯſtat ex gñe ⁊ differētia q̄ ſunt in genere ſubſtantie p reductionē: igit̄ illa diffinitio cōpetit lapidi vt ē in gñe ſubſtātie ⁊ vt ſic: eſt pmo diuerſa a q̄libet qḋ eſt in gñe relatōis. ¶ Itē: que diſtinguūtur formaliter ⁊ ſpecifice: nō ſunt aliqḋ idīſtinctū formalr̄ ⁊ ſpecifice: ſꝫ diuerſe creature vt hō ⁊ lapis. hō ⁊ albedo: diſtiguunt̄ formalr̄ ⁊ ſpecifice. Creatio vero nō eſt alteriꝰ rōnis ſpē in diuerſis fundamētꝭ ſiue tenet̄ lapis ſiue hō ſicut albedo in homie ⁊ aſino. ¶ Item: vna natura formalr̄: non ē plura formaliter: ſꝫ vna res hꝫ multas relatiōes ad deū: qꝛ eſt exēplata / cauſata / nūc alia eſt relatio creature ad deum in rōne cauſantis effectiue. Alia ī rōne exēplātis. Alia in rōne finis qꝛ diuerſe relatiōes ſecūdum rōnem correſpōdent iſtis in deum ꝯparatiōe ad creaturā. ¶ Itē: ſequit̄ magis mirabile ꝙ aliqḋ ponit̄ in trinitate. qꝛ mirabiliſſimū ibi eſt ꝙ in vna eēntia abſoluta ſunt tres perſone realiter diſtincte: ſꝫ ſm̄ banc viā creature realiter diſtīguūtur: ⁊ non in abſoluta eſſentia. et tūc ſunt multe / nō tm̄ numero: ſꝫ ſpē / ⁊ gñe. ¶ Itē: de mō ponēdi cum dicitur ꝙ abſtractum eſt q̄ aliquid eſt ratitudo: ⁊ dicitur ꝙ aliquitas tantum pcedit ratitudinem: ⁊ illud exemplatum dicitur eſſe quidditatiuū. quero igitur in quo fundatur iſta ratitudo. Si in aliquitate. ⁊ iſta realitas aliquitatis non eſt niſi realitas opinabilis que non diſtinguit̄ a fictis. igitur illa aliquitas nichil eſt ſecundum ſe igitur ratitudo que fundatur in iſto nichilo nichil ē et ſic creatura que cōſtituitur ex ratitudine ⁊ aliqtate habet in ſe duo nichila ꝯponētia ipſam ſi aliqtas ſit res nō tm̄ opiabilis: ſꝫ ſcḋo mō a ratitudine. Quero qḋ itelligis p ratitudinē: aut illud idem puta eſſe q̄dditatiuū quod pſupponitur exiſtētie: ⁊ tūc idē fundatur in ſe. Si intelligis p ratitudinē eſſe exiſtētie: igitur nō prꝰ eſt res rata ante eē exiſtentie: quod tm̄ negatū eſt prꝰ. ¶ Ad pmū p iſta opiniōe cū ḋr creatura nichil ē in ꝯpatiōe ad deū Dico ꝙ iſta debet ſic itelligi ꝙ negetur ꝯpatio nō ſic ꝙ affirmetur nichil de creatura in comparatione ad quodcūqꝫ: quia reſpectu nullius pure nichil eſt. Sed ſic intelligendo creatura non eſt aliquid in comparatione ad deum: qꝛ non eſt comparabilis deo: et hoc eſt verum: qꝛ ſcḋm quamcunqꝫ pꝛoportionem determinatam accipitur ſemper ſcḋm ampliorem excedit deus creaturam: tamen creatura aliquid eſt cuicunqꝫ cōparetur ⁊ non ſola dependētia. Et cum dicitur poſtea per Auicennam ꝙ omne quod eſt aut eſt eſſe / aut cui conuenit eſſe Cōcedo: nam lapis eſt cui conuenit eſſe / ⁊ p participationem. ſed non ſequitur ſi habet eſſe p participationem: igitur participatiue formaliter habet eſſe. ſed participatio bene requiritur: qꝛ omne cauſatum cauſatione habet eſſe: nō tamen eſſe formaliter ipſa cauſatiōe: licet cauſatio reqratur. ¶ Aliter dicit̄ ad queſtionē oīno cōtrario modo ꝙ relatio creature ad deū vt ad cauſam eſt ſimplr̄ aliud a creatura ⁊ accidēs ſibi. Ad hoc adducit̄ Aug. v. de trini: v. vt prꝰ. ⁊ .xix. vbi dicit ꝙ ē ſꝫ accidēs eiꝰ ad qḋ dicitur. ⁊c̄. Dico tm̄ ad queſtionem ꝙ relatio lapidis ad deū tāq̄ ad cām non ē aliud a lapide neqꝫ eſt idem formaliter ⁊ adequate. ¶ Primum patꝫ qꝛ ſi dependentia ad deum eſſet aliud a natura lapidis. igit̄ eſſet naturaliter q̄ddam poſteriꝰ lapidis conſequēs ē falſuꝫ. quia tunc poſſet ſine ꝯdictione lapis eſſe ſine dependentia ad deum: ⁊ per ꝯſeqns ſine contradictione poſſet eſſe ſine deo: quia quod poteſt eſſe ſine dependentia: pōt eſſe ſine termino dependentie. Prima ꝯña patet. qꝛ ſi dependentia lapidis ad deū eſt aliud a lapide. igitur non poteſt eſſe prius naturaliter iſta eſſentia abſoluta ī qua fūdatur: neqꝫ ſimul natura propter idē. qꝛ fundamentum preſupponitur natura relationi quando ē res alia: igitur neceſſario foret poſterius naturalit̄. Sꝫ ſi poſteriꝰ naturalr̄: igit̄ pt eē eēntia lapidis ſine iſto poſteriori abſqꝫ ꝯdictiōe qꝛ. vii. metb. Subā pcedit oē accñs tempe. ⁊c̄. Hoc eſt ex pte eius non eſt cōtradictio quin pcedat oē accñs ⁊ hec relatio po-

Circa vndecimã diſtinctionẽ queritur pͥmo: vtrũ angelus deputat⁹ ad cuſtodiã viatoris poſſit aliquid cauſare effectiue in eı⁹ intellectu vel voluntate. Qꝫ ſic. Niſi ſic eſſet inutilis eſſet. igit̃ non videt̃ ꝙ propter aliud ſit vtilis: niſi vt cauſet in eo ĩtellectionẽ. Item. Angelus põt cauſare intellectionẽ in intellectu alteri⁹ angeli: igit̃ ⁊ in intellectu hoĩs. conſequentia pꝫ: q꞉ intellect⁹ hoĩs ẽ magis potentialis: igitur magis põt agens pfectum denoĩari. ¶Itẽ: ſenſibile põt agere in intellectũ. vt pꝫ.iij.de anima fantaſma ad intellectũ: ſicut ſenſibile ad ſenſum. fãtaſmata aũt non excedũt genus ſenſibiliuꝫ. igitur multofoꝛti⁹ actu intelligibile põt agere in intellectum: q꞉ magis ſibi ꝓpoꝛtionatum angelus nõ eſt actu intelligibilis. ¶Itẽ: Dioni.iiij. celeſtis ierarchie reuelationes venιũt ad hoĩes per angelos. Igitur aliquid cauſat in intellectu eoꝝ. Itẽ: Zac.ij. dicitur. Surge ⁊ loquere puero ⁊c. ¶Oppoſitum. Aug.v.cõfeſſionũ. vbicũqꝫ ⁊c. nõ ẽ alius doctoꝛ pͥter te. Et loquit̃ de deo. ¶Itẽ ꝙ nõ poſſit velle cãre in volũtate ꝓbatur: q꞉ volũtas eſt dña ſuoꝛum actuũ: ⁊ pari rõne non põt agere in intellectũ cum intellect⁹ ſit liber. ¶Ad iſtam queſtioneꝫ fuit vna opinio Auicen. vj. naturaliũ. v.ca.vj. ꝙ ĩtelligẽtie ſuperioꝛes ĩfluũt ſpẽs intelligibiles ⁊ intelligẽtias inferioꝛes. Et Auicen.ix.metha.ca.iiij. ponit ĩtelligentiam ſuperioꝛẽ cauſam q̃tũ ad eſſe: ⁊ q̃tuꝫ ad notitiam intelligibilẽ reſpectu inferioꝛis: ⁊ tandeꝫ ſpecies intelligibiles ſunt influxe in aĩam rõnalem que ẽ infima in gñe intelligentiarũ ab ipſis intelligentijs ſupioꝛibus: ita ꝙ ceſſante actu intelligẽdi ceſſat ſpẽs influxa ⁊ conuertẽdo ſe. iterũ ad intelligentiã: iterũ intelligit recipiendo nouam ſpeciem. Iſta opinio reprobat̃ ab vno doctoꝛe ſic. Si anima ſic poſſit recipere ſpẽs ⁊ notitia rerũ ab intelligentiis ſuperioꝛib⁹ fruſtra vniret̃ coꝛpoꝛi: q꞉ non vnit̃ foꝛma materie niſi propter perfectionẽ foꝛme. Cũ igitur nullam cognitionẽ nec perfectionem reciperet aĩa vnita coꝛpoꝛi: quã non poſſit non vnita fruſtra vniretur. ſed iſta rõ nõ ↄcludit: q꞉ ſi valeret equaliter cõcluderet ꝙ fruſtra vniretur coꝛpoꝛi poſt reſurrectionẽ: q꞉ quãcunqꝫ cognitionem ſeu notitiam põt habere vnita coꝛpoꝛi poſſet habere nõ vnita vel pfectioꝛẽ: q꞉ licet nõ poſſit habere cognitionem ſenſitiuã nõ vnitã: poſſet tamen habere cuiuſlibet obiecti eiuſdẽ pfectioꝛem: q꞉ omnẽ cognitionem intellectualẽ quã poſſit vnita: neqꝫ ꝓpter hoc vnitur fruſtra foꝛma materie eſto ꝙ quãlibet cognitionem poſſit ſeparatum quã pt coniũcta: q꞉ bonũ partis eſt ꝓpter bonum toti⁹. xij. metha. Et illud bonũ totius non poſſit haberi ſi non vniretur. Licet igitur nullã perfectionẽ recipiat aĩa a coꝛpoꝛe: nec ex hoc ꝙ ſibi vnitur: non tñ fruſtra ſibi vnitur. Oẽs eñ foꝛme inferioꝛes q̃ ſit ſenſitiua nullam pfectionẽ recipiunt a materia: nec tñ fruſtra vniuntur. ideo aliter arguo contra opinionẽ. ſic philoſophus pͥmo poſterioꝛũ ꝙ deficiente ſenſu deficit cognitio q̃ deberet haberi p iſtum ſenſum. Et.ij.phi. ꝙ cecus nat⁹ non põt ſillogizare de coloꝛibus niſi de vocibus. Et.j.metha. idem. ¶Itẽ exñs in potẽtia accidentali pt exire in actu ſine noua foꝛma recepta: non aũt exiſtens potẽtia eſſentiali. Sed experimur in nobis ꝙ habita cognitione completa rei multotiens: vel poſt ſcientiã acquiſitã de re poteſt hõ actualiter ↄſiderare abſqꝫ noua foꝛma recepta. non igitur ẽ in foꝛma eẽntiali vt reducatur in actũ per intelligentiã cauſantẽ ſpeciẽ. aliquãdo vero non poſſum⁹ cognoſcere quodcũqꝫ obiectũ niſi prius recipiam⁹ nouã foꝛmam p ſenſus exterioꝛes et interioꝛes vſqꝫ intellectũ: igitur tunc ſumus ĩ potentia eẽntiali: ⁊ p ↄñs eſſemus actualiter iſta potentia. Dicũt quando quis habet habitũ põt faciliter exire in actũ: ⁊ ideo non ẽ in potẽtia eẽntiali. Contra q̃tũcũqꝫ ſit diſpoſitũ. vt recipiat facilr̃ foꝛmam: ſi tamen eã nõ habet ẽ in potentia eẽntiali: ſicut licet lignum ſiccum facilr̃⁹ poſſit comburi q̃ viride: tñ vtrũqꝫ eſt in potẽtia eẽntiali ad foꝛmã caloris. igitur ſi per habitum quecũqꝫ nõ habeat aliq̃s foꝛmam q̃ eſt act⁹ prim⁹ ẽ in potẽtia eẽntiali ad actum ſecundũ. Supponendo igitur ꝙ angeli deputentur ad cuſtodiã viatoꝛum. ſcḋꝫ ꝙ habetur Mat. xviij. Angeli eoꝝ ⁊c. tunc dico ad queſtionẽ ꝙ non poteſt angel⁹ immediate cauſare aliquid effectiue in intellectu viatoꝛum: nec multofoꝛtius in voluntate: illud patet nõ eſt ex ĩpotentia angeli quin poſſit efficere: ſed quia paſſiuum nõ eſt receptiuuꝫ ab angelo: q꞉ ẽ paſſiuum determinatum vt tantum a fantaſmate vel obiecto naturali ⁊ intellectu agẽte hominis ſit immediate receptiuum dũ eſt in via: ſiue illud ſit ex natura potentiarũ ⁊ oꝛdine eẽntiali: vel ratione ſtatus lapſi vt videtur Aug. innuere.xij. de tri. Ideo q̃ ꝙ angelus ſit potẽs ad cauſandum: tñ quia paſſiuum determinatũ ẽ pꝛo ſtatu vie vt ſit ab alio receptiuũ. ideo non poteſt cauſare immediate intellectionẽ in ĩtellectu hoĩs ſicut alteri⁹ angeli: nũc tñ non poteſt cãre volitionẽ ſicut totalis cã reſpectu hoĩs exñtis. ſeq̃tur ꝙ null⁹ angel⁹ põt cãre raptum immediate in viatoꝛe: vñ bonus angel⁹ nõ poteſt cauſare verum raptũ: nec cauſat fictum malus: tñ aliquãdo videtur cauſare fictum malus. tñ aliquando videtur cauſare raptum: ⁊ tamen nõ põt facere niſi ad exceſſiuam imaginationẽ: ⁊ tũc cõiter põt facere ad intellectionẽ naturalem q̃ nata ẽ concomitari talẽ imaginationem. iõ magis debẽt dici furie ꝙ raptus. q̃ tñ ſiũt ab angelis. aliquãdo tamen angelus põt iuuare diſpoſitiue ad hoc ꝙ homo diſponat ſe ad raptũ ſicut accidebat in reuelatione ꝓphetarum. nõ ꝙ deus neceſſario reuelaret prophetis ſic abſtractis ab impeditiuis. pꝫ igitur ꝙ non poſſunt angeli / ſcḋo quid poſſũt. ¶Dico igitur pͥmo quãtum ad notitiam intellectualẽ: ⁊ dico ꝙ poſſunt cauſare notitiam intellectualẽ q̃ homo poſſet ⁊ efficacius. ſicut enim homo docet aliũ proponendo ſigna ſenſibilia nota quoꝛũ ſunt ſigna: et proponendo oꝛdinata vt complexio ſit nota: et de

ductio tota vſqꝫ ad cõcluſionẽ. Sic põt angelꝰ ta
lia ſigna efficatiꝰ ꝓponere ⁊ ordinatiꝰ: vt doctꝰ aſ
ſentiat ꝯplexionibꝰ ⁊ deductioni. ⁊ ſic põt in eius
intellectu cãre noticiam. hõ tñ nõ faciliter põt cau
ſare noticiã in alio ꝑ ſigna naturalia. ſed tñ ſignis
impoſitis. iõ dicit̃ primo elencorum. Nõ ferimꝰ ad
diſpoſitionẽ res. ſꝫ vtimur noĩbꝰ tanq̃ ſignis ꝓ re
bus. Angelꝰ tñ põt ſignis naturalibꝰ ⁊ ſignis ipo
ſitis hoĩeꝫ docere. põt eñ p̃ſentare res ꝑ ſigna na
turalia q̃ priꝰ ignorata ⁊ i corpe aſſũpto põt ipe mo
uere linguã ⁊ formare voces etiã in aere proponẽ
do ſigna iposita. ſed an poſſit ĩ minori tpe docere
hoĩeꝫ ꝑ ſigna naturalia: vel ꝑ ſigna ĩpoſita ad pla
citũ nõ video ꝙ facilit̃ poſſet: q2 q̄ꝙ ſignũ natura=
le michi ꝓponat̃: niſi ſit michi notũ cuiꝰ eſt ſignũ
nihil ꝑ hoc addiſco. iõ oporteret declarare cuiꝰ ẽ ſi
gnũ: ⁊ multas alias circũſtãtias q̃ forte nõ poſſent
fieri in minori tpe q̄ꝙ hec poſſent fieri ꝑ ſigna ipoſi
ta ad placitũ. pꝫ igit̃ q̃d poſſunt facere q̄tũ ad noti
ciam intellectualẽ. Tertio: q̃d poſſunt facere q̄tuꝫ
ad noticiã ſenſitiuã. Et p̃mo q̄tũ ad ſenſum interi
orẽ. dico ꝙ non poſſunt angeli cãre nouam ſenſa=
tionẽ ſine nouo ſenſibili. Nũc aũt nouã formã na=
turalẽ nõ põt angelus inducere niſi tñ vbi: q2 natu
ralia nõ obediũt angelo niſi q̄tũ ad vbi: nec natura
corꝑalis. iõ nõ p̃t cauſare nouã ſenſationẽ niſi faci
at ſenſibile habere nouũ vbi. Tũ dubiũ eſt ſi fan=
taſma ſit plus notũ in vno hoĩe an poſſet illõ fan=
taſma cãre in alio hoĩe q̃ prius nullam habuit ſen=
ſationem exteriorẽ de tali. Et arguit vnus doctor
ꝙ nõ poſſet trãſferri ab vno hoĩe ĩ aliũ vt ſibi p̃nci=
piũ operãdi ſicut fuit alteri: q2 nõ põt accidẽs trãſ
ferri niſi ꝑ ſubiectũ: hoc eſt niſi ſimul transferretur
ſubiectũ cũ accidẽte. igit̃ nõ põt iſta ſpecies in fan
taſmate trãferri niſi iſte humor trãſferat̃ ĩ quo exi
ſtit ſubiectiue. ſed ſubiecto trãſlato ab vno hoĩe in
aliũ nõ remanet attigẽtia vt fuit in p̃mo hoĩe. quia
cũ nõ hꝫ eũdẽ ordinẽ ad ſuã cauſam vt ad ſenſum
exteriorẽ / nõ põt habere opationẽ vniformẽ ſicut
prius. ſed trãſlato ab vno hoĩe in aliũ nõ hꝫ talem
ordinẽ ad ſenſum exteriorẽ in hoĩe ſcđo ſicut in pri
mo. igit̃ nõ ducit ipſuꝫ in cognitionẽ ſenſitiuã eiuſ=
dẽ rei: ſicut ĩ alio hoĩe. ¶ Itẽ: ille ſecũdꝰ hõ nõ poſ
ſet ꝑ hoc fantaſma opari: q2 ipſuꝫ nõ erit aliq̃d eiꝰ
licet forte transfertur ad ipm vt locatũ ad locum.
Nũc aũt nõ eſt principiũ operandi niſi q̃ ĩ eſt in il=
lo q̃d eſt receptiuũ illiꝰ ſenſibilis. iſte rõnes nõ con
cludunt. ¶ Preterea nõ valet / q2 duplex eſt cauſa:
vna in fieri ⁊ facto eſſe ſicut corpꝰ luminoſum re=
ſpectu luminis. iõ ſubſtracta cauſa non hꝫ effectus
eundẽ ordinẽ ad cauſam q̄ꝙ prius. ⁊ ideo nec eandẽ
virtutẽ operandi. ¶ Alia eſt cã q̃ tñ eſt cauſa in fie
ri ⁊ non in facto eſſe ⁊ ipſa ſubſtracta in fieri nõ ha
bebit effectꝰ eſſe. ipſa eñ ſubſtracta in facto eẽ bñ
põt. nũc aũt ſenſus exterior non eſt cã fantaſmatis
niſi ſolũ in fieri. ⁊ ideo cũ in facto eſſe non habeat
ordinẽ ad ſenſum exteriorẽ poteſt habere eandem
virtutẽ operandi. ¶ Secunda rõ non valet. q2 vn=
decunqꝫ ſit forma q̃ eſt principium operandi dum
ipſa eſt in ſuſceptiuo ꝯuenienti ſemꝑ põt agere qñ
ſolũ eſt a cauſa in fieri ⁊ nõ depẽdet ab ea in facto
eſſe. vnde ſiue cauſaretur fantaſma a ꝓprio ſenſu
exteriori: vel a deo vel a quocunqꝫ agente in ſuſce
ptiuo conuenienti equaliter poſſet agere. ¶ Item
aliter ꝓbo ꝯcluſionẽ: q2 ſi angelus ſic poſſet tranſ
ferre fantaſma ⁊ illõ poſſet vniformiter opari poſ
ſet angelus facere cecum natum habere vnã ima=
ginationẽ de coloribus: ⁊ ſciẽtiã naturaliter poſſit
aliq̃s habere deficiẽte ſenſu ab ĩitio generationis
de ipſis ſenſibus. ideo credo ꝙ nõ poteſt angelus
cãre ſenſationem interiorem nec exteriorẽ de priꝰ
ignoto. niſi preſentando ſibi obiectũ de nouo: pro
babilius enim michi videtur ꝙ angelus nõ poteſt
transferre fantaſma ab vno homine in alium et cõ
ſeruare ſpeciem in iſta proportione quam habuit ĩ
primo hoĩe: quia vel non põt ſic transferre ſpecieꝫ
vel ſi poſſet adhuc non poteſt facere ꝙ ſit aliquid
eius. ⁊ ſicut vult philoſophus. ii. de ce. ſi eſſent duo
mundi eſſent duo centra naturaliter: ⁊ ſi particula
ria terre vnius mundi eſſet in alio mundo violentũ
eſſet ſibi centrum illiꝰ mundi. ideo moueretur natu
raliter ad centrum propriũ. ſicut aũt homo eſt mi
nor mundꝰ: ⁊ cor habet rationẽ cẽtri. ideo illõ fan
taſma non haberet eandẽ diſpoſitionẽ vel appro=
ximationem ad centrum vt ad cor. ⁊ ideo non ean
dẽ diſpoſitioneꝫ haberet quã habuit in primo ho=
mine: q2 non eandem approximationem ad cor: et
ideo non duceret in cognitionem q̄ꝙ prius. Sed de
tranſmutatione in eodem homine ſi nunc offerat̃
vnũ fantaſma iam aliud non eodem ordine quo
cauſabantur a ſenſibus exterioribus dubium eſt ſi
poſſet cauſari diuerſa noticia ſenſitiua q̄ꝙ prius fu=
it habita ꝑ ſenſus exteriores. et ideo dicitur ꝙ ſic:
quia vt vult philoſophus de ſompno ⁊ vigilia cuꝫ
quis dormit deſcendit ſanguis plurimus ad primũ
ſenſitiuum: ⁊ tunc mouet ad imaginationem ali=
cuius q̃d prius nõ fuit habitum: quia ordinate ap=
parent fantaſmata. ſed contra illud. Si illud pri=
mum ſenſitiuum habeat plura fantaſmata: igitur /
vel oportet ꝙ angelus ordinate propoſitiões fan=
taſmata tantum ponat ſpeciem vnius in vna par=
te organi et ſpeciem alterius in alia parte: ⁊ ſic de
omnibus: vel ꝙ ſimul omnes ſpecies ſint impreſſe
in totum organum. ⁊ tunc ordinate mouet vnum
poſt aliud. Si primo modo non videtur ꝙ poſſet
ſenſitiuũ ita minuti diuidi in mille milia ſicut poſ=
ſet proponere mille milia ſpecies ordinate: ſi ſunt
omnes ſimul: igitur fortius impreſſum fortius mo
uebit: ⁊ tunc mouet intellectum mediante imagi=
natione: ita poteſt natura alia ab angelo mouere
intellectum et imaginationem: quia ceteris pari=
bus ſemper fortius impreſſum fortius mouet. ideo
non poteſt mouere niſi preſentando obiectum: ta=
men dico ꝙ poteſt amouere oĩa illa que poſſunt
impedire: que impedimenta poſſunt amoueri per
motum localem: patet igitur ꝙ in intellectu ⁊ vo=
luntate nichil poteſt immediate cauſare / et quo=
modo in ſenſum per preſentando obiectum. Di=
cunt quare non poteſt intellectus agens angeli cõ
formare intellectum agentem hoĩs vt poſſit per

lumẽ magis pſens aliqd abſtrahere qd pri⁹ nõ potuit: dico ꝙ i nullo põt ꝯformare illud lumẽ niſi aliquid eẽt in eo. Sed nõ plus põt in intellectũ agẽtẽ intẽdere cauſando nouũ gradũ ꝙ poſſit intellectũ cãre: qꝛ hoc eẽt cãre talẽ gradũ et itellectus agens angeli tñ poteſt abſtrahere reſpectu ſui poſſibilis. ¶ Ad pmũ principale dico: ꝙ non fruſtra deputat̃ angel⁹ bon⁹ ad cuſtodiã: eſto ꝙ nichil poſſet cauſare in ei⁹ intellectũ: qꝛ nõ eſſet tutum ſtare: inter tot aduerſarios niſi bõ haberet defenſorẽ: iõ ſm Hieronymũ. Utilis ẽ nobis ad tuẽdũ nos a malis circũſtãtib⁹. ¶ Ad aliõ: ꝯñia nõ valet. vñ licet intellect⁹ hois ſit magis potẽtialis ꝙ angeli: qꝛ tñ i via nõ eſt paſſiuũ capax a tali agẽte. iõ nõ põt angelus itellectionẽ i eius intellectu cãre. ¶ Ad aliõ pꝫ per idẽ tñ aliqd actu itelligibile: vt de⁹ põt immediate cãre itellectionem i itellectu viatoris: qꝛ ẽ capax a deo imediate. lꝫ nõ ab aliq imatiali creato. ¶ Ad aliõ dico: ꝙ lꝫ reuelatiões veniãt imediate p angelos ad hoies no tñ ſeqt̃ ꝙ poſſint imediate naturalit̃ cãre itellectionẽ i eis. ¶ Ad aliõ p idẽ pꝫ ad auctoritatẽ ad oppoſitũ pꝫ i põne ¶ Ad aliõ p idẽ qꝛ nõ imediate pt aliqd creare i itellectu hois. Q̃õ.ij

SEcũdo qritur vtrũ angeli poſſint pficere i cognitione naturali accipiendo cognitionẽ a rebus. Et non autoꝛ de cauſis. Ois intelligẽtia eſt plena formis. Sed oẽ recipiẽs opꝫ denudari ab eo qd recipit. igit̃ cũ angelus habeat cognitionẽ oĩm nulli⁹ eſt receptiuũ de nouo. ¶ Itẽ. xii. ſup Geñ. ad litterã Aug. nullũ corp⁹ agit in ſpm: qꝛ agẽs eſt pſtantius paſſo igitur ſaltẽ nullius corpis põt recipe ſpeciẽ de nouo. ¶ Itẽ: Dionyſius. vii. ca. de di. no. Angeli non cõgregant diuinã cognitionẽ ex ſenſibus. igit̃ non recipiũt de nouo ſpecies ſenſibiliũ. ¶ Itẽ: oẽ agẽs in extremũ prius agit in mediũ: qꝛ ſcdm Richardũ Ordo eſt in entibus ab extremo in extremũ p mediũ. Nũc autẽ angelus eſt mediuꝫ in eſſendo inter deũ ⁊ hoiem: igit̃ et in cognoſcendo / qꝛ eadẽ pncipia eſſendi ⁊ cognoſcendi. ii. Me. Si deus nec cognoſcit res per ſpeciẽ receptam nec per aliam hõ vero per ſpeciẽ acceptã et alia ab eſſentia: igit̃ angelus per ſpeciẽ aliã ab eſſentia ſed nõ receptam. ¶ Oppoſitũ: oẽ cognoſcibile opꝫ cognoſci p ſimilitudinẽ ppriã: qꝛ cõe non eſt perfecte rõ cognoſcẽdi inferius: qꝛ nõ eſt includẽs totã entitatẽ inferioris. Sed angelus nõ habet cognitionẽ ſingulariũ poſſibiliũ eẽ p ſpecies ꝯcreatas: qꝛ tũc haberet ſpecies ꝯcreatas infinitꝫ: igit̃ a reb⁹ põt aliã cognitionẽ recipe. ¶ Dicit̃ ꝙ angelus nõ põt acqrere cognitionem p ſpecies cauſatas ex ſenſib⁹: quia ſi ſic opoꝛteret ꝙ illa ſpecies eſſet abſtracta per intellectũ agentẽ: igit̃ opoꝛteret ꝙ angelus haberet intellectũ agentẽ et poſſibilẽ: neutrum habet. pꝛobatio: qꝛ intellect⁹ agẽs nõ eſt niſi vbi eſt intelligibile in potentia. Sed primũ obiectũ intelligibile ab intellectu angeli non eſt in potentia ſed in actu: qꝛ propria eſſentia eſt primũ obiectũ: neqꝫ eſt ſibi intellectus poſſibilis / qꝛ intellectus poſſibilis eſt intelligibilis in potentia: ſꝫ intellect⁹ angeli nõ: quia per Aug. ii. ſuper Geñ. Res prius ſunt in actu in cognitiõe angeli ꝙ ſint in pprio gñe. ¶ Itẽ ſupra celeſtia corpa nõ cauſant̃ ipfecta. ſꝫ ſtati hñt totã pfectionẽ ſuã. igit̃ multofoꝛti⁹ angel⁹ ſtati hꝫ ſpecies concreatas de omnibus quoꝛum eſt cognoſcitiu⁹ ¶ Item: modus intelligendi noſter hoc declarat qꝛ intellectus noſter dependet a corpoꝛe i eſſendo igitur ⁊ in opando: igitur per oppoſitũ. Cũ intellectus angelicus non dependet a corpe in eſſendo igit̃ nec in opponẽdo. Sꝫ ſi acciperet cognitionem a reb⁹ corpalib⁹ depẽderet a corpe i opando. ¶ Itẽ intellectus agens ⁊ poſſibilis nõ diſtinguũtur niſi in corpatione ad fantaſmata. igitur vbi non ſunt fantaſmata non diſtinguũtur. ¶ Itẽ: imaginabile eſt mediũ inter ſenſibile ⁊ intelligibile. ſed nõ põt eſſe tranſit⁹ ab extremo in extremuꝫ: niſi p mediũ Dicit tñ iſte doc. cuius ſunt ille rões ꝙ angel⁹ hꝫ cognitionẽ ſingulariũ. lꝫ non per ſpecies acqſitas a rebus: qꝛ ãgel⁹ hꝫ noticiam vniuerſaliũ: ⁊ q ſunt ſeparatim in inferioꝛibus ſunt vnitiue in ſuperioꝛibus. ¶ Item. iii. Metha. vult phs ꝙ inconueniens eſt ꝙ deus nõ cognoſcat lite. cognoſcit igitur ſingularia qꝛ talia cauſat. modus eſt: iſte res effluunt a deo in eſſe exiſtentie ⁊ in eſſe cognito. igitur effluũt ab eo inꝙtum ad cognitionẽ vniuerſalẽ et particularẽ ⁊ ꝙtum ad materiã ⁊ formã: ⁊ ſi ſpecies effluũt in mentẽ angeli: ⁊ ꝙtum ad materiã et formã: igitur vtroqꝫ mõ cognoſcit: igitur vniuerſale et particulare: ⁊ per iſtũ modum dicit ꝙ eſſentia diuina eſt ſimilitudo rei ꝙtum ad eẽ exiſtẽtie ⁊ eſſe cognitũ. ¶ Scdo: eſſentia diuina eſt rõ repſentatiua vtriuſqꝫ eſſe in intellectu angeli. ¶ Contra: illa ex rõnibus iſtis arguo ꝯñũ. Primo / ꝯuenio cũ eo ꝙ ſi hꝫ intellectũ agentẽ ⁊ poſſibilem. igit̃ põt accipere cognitionem a rebus cõſequentiã ꝯcedit. Pꝛobo añs. primo ꝙ habet intellectũ agentẽ: qꝛ potentia actiua q non eſt impfectiõis in natura creata ſi ineſt inferioꝛi in natura intellectuali põt cõuenire ſupioꝛi intellectuali. Sed aĩa noſtra inferioꝛ eſt angelo. igitur cũ intellectus agens ſit potentia actiua q non dicit impfectionẽ ipa põt ꝯpetere angelo Et cũ dicit in prima rõne ꝙ primũ intelligibile eſt actu ⁊ imateriale: dico ꝙ equiuocat̃ primũ. Si eñ loqt̃ur de primitate pfectionis falſuꝫ eſt aſſumptũ Cũ dicit nõ eſt intellectus agens niſi vbi primũ intelligibile pmitate perfectionis eſt intelligibile in potentia. Si intelligatur de primitate adequationis dico ꝙ nulli⁹ potentie cognitiue eſt primũ obiectũ ens actu niſi ſit tale ꝙ ꝯtineat qdlibꝫ cogſcibile ab iſta potentia eminẽter vel ipñi ſit cõmune: ſicut coloꝛatũ ad oẽs coloꝛes. Et ſi intelligatur de iſta primitate falſum eſt dicere ꝙ eſſentia angeli eſt primũ obiectũ. Nec eñ cõtinet eminẽter ⁊ totaliter quodlibet intelligibile ab intellectu angeli / nec eſt commune communitate pꝛedicationis ad quodlibet: vnde nullum ſingulare obiectum poteſt poni adequatũ cuicũqꝫ intellectui niſi eſſentia

diuina q̃ eſt de ſe adequatũ. igitur primũ obiectum
adequatũ in intellectu angeli ẽ potẽtia ĩtelligibile
nichil igiť cõcludit q̃ angelus nõ habeat ĩtellectuz
agentẽ niſi etiam quin habeat intellectum poſſibi
lẽ: qꝛ in omi eo qd̃ recipit formã opꝫ eẽ ponere po=
tentiam receptiuam. Sed per ipſummet angelus
recipit ſpeciem: quia vt ipſe vult in alia queſtio=
ne: et ſi effectus eſſet coeuus poſſet eſſe a cauſa.
igitur ſi ſint concreate adhuc poteſt recipe ſpecieꝫ
que eſt alia ab eſſentia et eſt in eſſentia. Exemplūꝫ
ad hoc: ſi deus creaſſet aĩaꝫ plenam formis adhuc
nichilominus haberet intellectum agentẽ ⁊ poſſi
bilem: licet eñ deus crearet imediate oẽm ſpecieꝫ
in aĩa mea: nichilominus haberẽ agentẽ ⁊ poſſibi
lem: qꝛ non propter hoc auferret. vnde poſſem na
turaliter acquirere cognitionẽ rerum: ⁊ ſi ipẽ non
immediate cauſaſſet cognitionẽ: ſicut patet de aĩa
xp̃i: tñ ipſa hũit intellectũ agentẽ ⁊ poſſibilẽ. vnde
potuit in actũ de ſe ſi non preueniretur a ſuperiori
agente: nec vult oppoſitum intelligere Aug. Sed
res in cognitione angelica quã habet in verbo pri
or eſt q̃ in genere proprio. Similiter cũ dicit poſt=
ea q̃ corpora celeſtia ſunt producta pfecta: igiť et
angelus verum eſt. Sed ſi forma celi nõ eẽt produ
cta a deo tota natura creata nõ ſufficeret ad indu=
cendũ ipſam: ⁊ iõ ſi debuit eẽ oportuit deũ eã pdu
cere. iõ vt de⁹ eſt adminiſtrator neceſſe eſt ipſuꝫ eã
pducere q̃ non poſſet tota natura creata cauſare.
Si debeat ineſſe producti: igitur pari ratione inq̃=
tũ res adminiſtrat nõ eſt neceſſe q̃ pducat imedia
te iſta ad q̃ creatura ſufficit. Sed poſſibile eſt ange
lũ accipe cognitionẽ a reb⁹. igiť põt ille effect⁹ eſſe
in virtute creature. igitur nõ eſt neceſſe deũ iſtã co
gnitionẽ cauſare: ⁊ ſi debeat eẽ in natura. Dicit: il
la cognitio eſt valde pfecta / iõ nõ põt cauſari a cre
atura. Dico / q̃ ex parte intellect⁹ eſt valde perfe=
cta: nõ aũt ex pte ĩtellecti. ¶ Ad aliud cum dicit q̃
modus intelligendi noſter hoc declarat: dico q̃ vi
lis equiuocatio eſt: qꝛ in omi cognitione neceſſario
cõcurrit obiectũ: ita q̃ impoſſibile eſt intelligere
rẽ intuitiue: niſi res ſit pñſens intuitiue: niſi forte a
tali intellectu q̃ cõtinet perfecte ⁊ eminenter omẽ
corpus. tale aũt non eſt intellectus angeli. igiť ſic
dependet opatio angeli a corpe cũ intelligit corp⁹
q̃ nõ eſt ſine illo terminante: nõ tamen ſic ſicut in=
tellectus meus dependet a corpore ĩ hoc q̃ eſt ps
toti⁹ hoĩs ꝯſtituti ex aĩa ⁊ corpe. Sed dependet in
corporeũ a corporeo in operatione ſicut ab obie=
cto circa qd̃ agit. nõ aũt dependẽtia a tali ſine qua
non poſſit eẽ in ſe. vel q̃ ipſum cũ alio cõſtituat per
ſe vnũ. Et cum dicit poſtea q̃ intellectus agens ⁊
poſſibilis nõ diſtinguitur niſi in cõparatiõe ad fan
taſmata falſum eſt nõ ſolum ſic: ſed inter ſe forma=
liter. Et cum dicit poſtea q̃ imaginabile eſt mediũ
inter ſenſibile et intelligibile verũ eſt in cõparatio
ne ad intellectum noſtrũ: tamen q̃ eſt mediũ mino
ri virtuti põt eſſe nõ mediuꝫ maiori virtuti: quia ſi
calidum remiſſum agit in aliquod calefactibile: for
te in decima parte motus durantis per certum tẽ=
pus erit potens talem gradum inducere in prima

parte motus: ⁊ tunc gradus qui fuit mediũ minori
virtuti erit nõ mediũ maiori virtuti. igitur imagi=
nabile vel fantaſma põt eſſe mediũ reſpectu noſtri
intellectus: ⁊ non erit medium reſpectu intellect⁹
angeli. ¶ Preterea hoc vt dictum eſt primo nõ po=
teſt probari q̃ fantaſma ſit nobis mediũ neceſſariũ
licet enim contingat q̃ vt plurimũ abſtrahere me
diante fantaſmate põt tñ aliquã do fieri abſtractio
a re immediate nõ mediante fantaſmate. vñ ſi ra=
tio valeret ſi ex parte obiecti nõ eẽt res intelligibi
lis niſi mediante fantaſmate. Sequitur q̃ de⁹ nõ
poſſet intelligere illa ſenſibilia niſi mediante fan=
taſmate. Si autem illa neceſſitas ordinis ſit ex
parte potentiarꝫ ordinatarꝫ. igiť cũ in angelo non
ſit virtus fantaſtica illi agẽti nõ erit fantaſma me
dium. ¶ Preterea: hoc nõ ſoluꝫ põt eſſe mediũ mi
chi ſed extremũ: qꝛ imediate poſſuꝫ abſtrahere ab
imaginabili: eſto q̃ tm̃ habeat rationẽ extremi. cũ
poſtea addit de modo ſingularis p effluxum a pri=
mo q̃tum ad materiã ⁊ formã et vltra q̃tũ ad vni
uerſale ⁊ ſingulare illud nõ valet ſcd̃m ipſummet: qꝛ
ipſe tenet ꝯtra cõmentatorẽ. vii. Meta. q̃ materia
pertinet ad q̃ quid: ⁊ non ponit q̃ materia indiui
dualis. igitur propter hoc q̃ res effluit ⁊ ſcd̃m for=
mam ⁊ materiã q̃ eſt pars quidditatis non põt ip=
ſe arguere cognitionem ſingularem. ¶ Preterea
hoc vniuerſale non eſt propria rõ diſtincte cogno=
ſcendi ſingulare: qꝛ non ſufficienter includit totaꝫ
realitatẽ ſingularis vt declarabiť in materia de in
diuiduatiõe / nec valet cõſequẽtia ſua. Si eſſentia
diuina eſt ratio repreſentatiua in intellectu angeli
igitur accidens effluxum a ſubſtantia. ſed eſt fal=
lacia cõſequentis: qꝛ minus videtur q̃ accidẽs poſ
ſit eſſe rõ cognoſcendi res q̃ ſubſtantia. arguitur
igiť affirmatiẽ ab eo qd̃ magis videť ad id qd̃ min⁹
¶ Aliter dicitur ad queſtionem q̃ angelus per ha
bitum cõcreatum per lineam rectam cognoſcit ſin
gulare: primus punct⁹ eſt vniuerſalis relucentis in
habitu. Secundus eſt ſingulare vt relucet in habi=
tu. Terti⁹ eſt ſingulare in ſe: qꝛ nõ põt latere in ha
bitu. ¶ Ad hoc arguiť rõnibus. Primo ſic: vnũqd̃
qꝫ ſicut ſe hꝫ ad eſſe: ſic ad cognitionẽ: qꝛ q̃ ſunt pri
cipia eſſendi ⁊ cognoſcendi: ſed ſingulare nichil
addit ſupra ſpeciem in eſſe. igiť nec in cognitione.
igitur cognoſcere ipſum in ſpẽ eſt pfecte cognoſce
re. ¶ Itẽ: ſi intellectus angeli directe cognoſceret
ſingulare / igitur determinatior eſſet q̃ intellect⁹
noſter. Nã intellectus noſter nõ determinatur ad
ſingulare: ſed ſenſus q̃ eſt potentia deterior: ⁊ tunc
ſequeretur q̃ intellect⁹ angeli eſſet ens limitati⁹ q̃
intellect⁹ noſter. ¶ Preterea. hec determiatio ma
gis impediret cognitionẽ intellectualem: propter
hoc eñ eſt abſtractio ab intellectu agente ⁊ cauſa=
tur vniuerſale: qꝛ ſingularitas impedit intellectio=
nem. ¶ Itẽ: ſi careret ſpecieb⁹: igitur poſſet in ĩtel
lectu angeli gñari habitus. igitur eẽt in potẽtia eſ
ſentiali. ¶ Itẽ: per ſe obiectũ non cognoſcitur niſi
p pmũ obiectũ ĩtelligibile: ſicut pꝫ. ii. de aĩa. ſenſi=
bile cõe ẽ ſenſibile p ſe nõ primo ⁊ nõ cognoſciť ni
ſi per ſenſibile proprium: vt figura per colorem.

Sed prius dictum eſt ꝙ illa via non valet: qꝛ pone
re naturam perfectiſſimam creatam: ⁊ tamen ꝙ ni
chil poſſit cognoſcere ſine habitu concreato vide
tur ponere talem naturam nō eē magis intellectu
alem de ſe ꝙ ſit lapis. ¶ Preterea: hee ratiōes ad
ducte magis concludunt oppoſitum: qꝛ prima ca-
pit ꝙ non plus entitatis eſt in ſingulari ꝙ in ſpe-
cie: nec per conſequens cognoſcibilitatis. ¶ Op-
poſitum declarabitur ſuo loco. Nam concludit ſua
ratio ꝙ tunc eſſet magis limitatus intellectus an-
geli ꝙ noſter: qꝛ ſupponit ꝙ imperfectionis eſt co
gnoſcere ſingulare vt ſingulare quod eſt manifeſte
falſum. ¶ Dico igit̄ ad queſtionem ꝙ angelus po-
teſt proficere accipiendo cognitionem a rebus tri
pliciter. et neceſſarium videtur ꝙ triplicem cogni-
tionem accipiat vt communiter niſi deus velit ſpe
cialiter talem cognitionē cāre immediate: ⁊ quar-
tā cognitionē poſſit habere naturalit̄. Si nō prius
eā haberet: pma cognitio ē hui⁹ ſingl'aris vt hoc:
qꝛ vniuerſale nō ꝯtinet pfecte ſingulare: igitur nō
cognoſcitur per propriā rationem huius: vt hoc co
gnoſcēdo perfecte vniuerſale. Sed infinita poſ-
ſunt eſſe ſingularia q̄ ſunt cognita a deo. Si igitur
proprie ſpecies oīm ſingularium eſſent concreate
intellectui angeli infinite eſſent actu ſimul in eo.
¶ Secunda cognitio eſt qua habet determinatam
noticiā exiſtentie ingītum exiſtentia: qꝛ ex ratione
terminoꝝ non poteſt eſſe nota complexio cōtin-
gens: qꝛ ſi ex noticia terminoꝝ repreſentaretur de
terminate te ſedere nunꝙ poſſet oppoſitum eē no
tum ex noticia terminoꝝ: pari ratione ſi repreſen
taretur altera ps determinate. Si vtraqꝫ determi
nate / igitur nichil repſentaretur. ¶ Itē: idee diuīe
qꝛ naturaliter repreſentant qō repſentāt: ideo nō
repreſentant / nec vnam rē nec aliam. Igitur p ipſas
non pōt exiſtentia rei ingītum exiſtentia determi
nate cognoſci. ¶ Tertia cognitio quā acqrunt an
geli a rebus eſt cognitio intuitiua: nec eſt iſta eadē
cum ſecunda / nec cum prima. Cognitio em̄ ſingu-
laris vt ſingulare pōt eſſe abſtractiua: ita etiā pōt
cognitio exiſtētie vt exiſtentia: qꝛ ſi vnus angel⁹ re
uelet alteri exiſtentiā rei pro tali tempore quam vi
det intuitiue angel⁹ cui reuelatur cognoſcit exiſtē
tiam determinatam vt exiſtentia eſt. tñ non habet
cognitionem intuitiuam: qꝛ ipſa nō eſt niſi per ob-
iectum concurrens imediate. Nunc autē nulla iſta
rum trium cognitionum pōt aliūde haberi natu-
raliter ꝙ accipiendo cognitionē a rebus. ¶ Quar
ta cognitio: poſſibilis eſſet angelo ſcꝫ ꝙ accepit co
gnitionem vniuerſalium a rebus ſi non eſſent ſpe
cies eoꝛum concreate: qꝛ ex quo habet intellectuꝫ
agentem ⁊ poſſibilem poſſet abſtrahere ſpeciem a
rebus: ſicut nos poſſumus. Nunc autem nunꝙ
eſt remouenda pfectio a perfectioribus qn ex na-
turalibus poſſint perfectionē habere ſibi debitam
¶ Ad primum principale ſi debeat ſuſtineri ꝙ oīs
intelligētia eſt plena formis poteſt intelligi de ſpe
ciebus vniuerſalibus. ſed denudatur a ſpeciebus
aliis qs accipit a reb⁹ i triplici cognitiōe. ¶ Ad ali
ud dico: ꝙ nullū corp⁹ agit i ſpm̄ vt agēs totale qō
ipſuꝫ eſt preſtantius paſſo. ſed corp⁹ agit in ſpiritū
cū intellectu agente ipſius ſpiritus ſicut agēs par-
tiale. ¶ Ad aliud cū dicit̄ ꝙ angeli non ꝯgregant
diuinā cognitionem ex ſenſib⁹ auctoꝛitas ſoluit ſe
ipſam. Nulla em̄ iſtarum trium cognitionū eſt diui
na cognitio niſi in cōplete in effectu ſuo. ¶ Ad ali
ud cum arguitur de medio in eſſendo ſolum tenet
ille modus arguendi ex hoc ꝙ omnis grad⁹ poſſi-
bilis in entibus reperitur. Et ſup hoc fundat ſe Ri
chardus in tali modo arguendi: nunc autem eſto
ꝙ teneat in propoſito non plus ſequitur niſi ꝙ ſi-
cut anima cognoſcit per ſpeciem receptam et ali
am a ſe: ⁊ de⁹ neutro mō: igit̄ ſic angel⁹ medio mō
cognoſcit ꝙ p ſpeciē aliā a ſe nō acceptā a reb⁹ ſed
ꝯcreatā verū eſt ꝙtuꝫ ad aliquā cognitionē differt
et ꝙtum ad aliquā conuenit cū anima noſtra: quia
triplicē cognitionē habet per ſe aliā a ſe receptam
a rebus ſenſibilibus ſicut aīa noſtra. ¶ Ad primaꝫ
rationē pro vltima opinione ꝯcedo: ꝙ ſicut ſingu-
lare ſe hꝫ ad eſſe: ſic ad cognoſci: ⁊ dico ꝙ ſingula-
re ꝙtum ad eſſe addit rem vltra ſpeciē. ¶ Ad aliō
concedo: ꝙ angel⁹ cognoſcit directe ſingulare: nec
propter hoc ſeqtur ꝙ limitatius intelligit ꝙ nos:
ſed illimitatius. Et cum dicit ſenſus nō pōt cogno
ſcere vniuerſale: qꝛ limitatur ad ſingulare: dico ꝙ
ſic determinari ad vnū ꝙ nō poſſit in alterū eſt li-
mitari: ſed poſſe in vtrūqꝫ magis dicit illimitatio-
nē: nec etiam ꝯcederē ꝙ ſenſus p ſe ſentit ſingula-
re: ſed illud qō eſt ſingulare: qꝛ ſingulare eſt abſtra
hibile. neqꝫ impedit talis determinatio ad vnuꝫ q̄
non aufert potentiā ad alteram. Et cum dicit poſt
ea ꝙ ſi poſſit recipere ſpecies de nouo poſſet in eo
generari habitus dictū eſt aliquādo ꝙ ſi intellect⁹
angeli eſt ſumme habituat⁹ quotienſcūqꝫ cauſent̄
actus in eo nūꝙ generabit̄ habitus ſicut nec in la-
pide quo faciliter feratur ſurſum quotienſcūqꝫ fer
tur ſurſum / ſi non eſt ſumme habituatus pōt acqre
re habitum: nec repugnat ſue pfectioni ꝙ i eo poſ
ſit talis habitus generari. Et cuꝫ dicitur vltimo ꝙ
per ſe obiectum non cognoſcitur niſi per primum
et propriū obiectum. dico ꝙ equiuocatur propriuꝫ
obiectum. Nā propriū et primum vt diſtiguitur cō
tra ſenſibile cōmune. ii. de anima. eſt qū nō poteſt
cognoſci per ſe niſi per proprium obiectum: vt pa-
tet de colore et figura. Sed nō ſic cōparat̄ ſingula
re ad vniuerſale. Non em̄ cognoſcitur ſingulare ſo
lum per vniuerſale: nec ecōtra: qꝛ ſingulare vt ſub
ꝓpria ratione eſt ꝓprie ⁊ primo intelligibile ⁊ in
tali obiecto primo et principalit̄ beatificat̄ creatu
ra rationalis: puta in eſſentia diuina: vt hec ſingu-
laris eſſentia non ſub ratione vniuerſalis. iō vtrum
qꝫ pōt proprie cognoſci et non per alterū illoꝛum:
ideo non eſt ſimile.

¶ Diſtinctio duodecima. ¶ Queſtio prima.

Circa hanc diſtinctionē
xii. queritur primo vtrum materia in
generabili ⁊ coꝛruptibili ſit entitas po
ſitiua diſtincta a forma. Qꝫ non. vii.
Metha. cōmen. viii. Materia neqꝫ eſt quid / neqꝫ.
ſ.iii.

q̄tum / neq̄ȝ quale. igitur nulla entitas poſitiua dicitur ꝙ materia eſt ens in potentia. ¶ Contra: aut eſt ens in potentia materia / aut in potentia forma / aut in potentia compoſitum. Non ſecundo: nec tertio: quia tunc poſtea fieret actu forma vel ꝯpoſitum: ſed hoc eſt ip̄oſſibile. igiẗ. ⁊c̄. Si eſt in potentia materia: igiẗ non eſt actu materia: igiẗ oīno nichil eſt. ¶ Item. v. phi. qȯ moueẗ eſt qȯ generatur. Nō eſt igitur generatio nō eſt motus: igiẗ vniformiter accipit vtrobiq̄ȝ ꝓ ſuppoſito: q̄ꝛ ſicut terminus generatiōis dū eſt in generari nō eſt ſic: nec termin⁹ mot⁹: igiẗ quale eſſe affirmaẗ de ſubiecto motus / tale negaẗ a ſubiecto gñationis. ſȝ ſubiectū motus inq̄tum hm̄ōi eſt formaliter ens ī potentia: quia motus eſt actus entis in potentia inq̄tum huiuſmodi. iii. phi. igiẗ eſſe in potētia negatur a ſubiecto gñationis. ¶ Itē. i. phi. materia nō eſt ſcibilis niſi per audaciam ad formā. ſed ſi haberet entitatē poſitiuā aliā a forma eēt ſcibilis ſcḋm ſe. ¶ Itē ſi materia eſſet aliq̇d poſitiue: aut igiẗ eſſet act⁹ aut ens in actu: nō actus: q̄ꝛ act⁹ ſepat ⁊ diſtinguit. Nunc aūt in fundamento nature nichil eſt diſtinctū. ii. Me. Si eſt ens actu / igitur ꝯpoſita: et ſic non eēt p̄imū ꝑincipiū: igiẗ nulla realitas poſitiua eſt ipſi⁹ materie. ¶ Oppoſitū. ii. phiſic. ⁊. v. Metha. habeẗ: ꝙ materia eſt ex qua fit res cū inſit ꝑ hoc qȯ eſt ex qua pȝ ꝙ non eſt forma: q̄ꝛ illud ex quo fit cōpoſitum p̄cedit formā ꝑ hoc qȯ diciẗ cuȝ inſit excluditur p̄uatio. ¶ Ad q̄ſtionem dicitur ꝙ generabilis res eſt ſimplex: ⁊ aliq̇ dicunt ꝙ eſt tm̄ materia. aliqui qȯ eſt tm̄ forma: et idē intelligunt in re dicēdo ꝙ eſt tm̄ dicunt ꝙ materia ꝑficit ī gradus ſuos q̇ nō ſunt aliȯ ab eſſentia materie. Sicut em̄ dimenſio interminata ꝑficit vſq̄ȝ in terminū: et nō eſt q̄titas terminata res alia ab interminata ſed eſt eius terminus intrinſecus: tm̄ aliquo mō dicitur q̄titas ꝯpoſita ex interminata ⁊ terminata. Sic forma ſubſtātialis eſt terminus intrinſec⁹ materie. Et tamē dicitur ſubſtantia ꝯpoſita ex illo interminato et termino. alii vocant illud formam.

¶ Contra iſtā viā primo per rōnē phi ⁊ p̄mo de generatione. xii. Metha. Om̄e agēs naturale aliq̇d corrūpit ⁊ aliq̇d ꝑducit in generatione naturali: igiẗ req̇rit prius oppoſitū in generādo: q̄ꝛ ē terminus a quo generatiōis: ⁊ nō fit oppoſitū ex oppoſito: cōcordia em̄ nō fit diſcordia. igiẗ req̇rit aliq̇d in qȯ agit alterum vtroq̄ȝ terminoꝝ. igitur oportet aliquid eē ſuppoſitum cōe ſub vtroq̄ȝ terminorū. ¶ Diciẗ hoc cōcedo ꝙ agens naturale in generatione naturali aliq̇d corrūpit ⁊ aliq̇d ꝑducit. corrūpit em̄ terminū a quo: ⁊ ꝑducit terminū ad quē non tm̄ req̇ritur ſuppoſitū cōe: q̄ꝛ gñatio ē tranſlatio toti⁹ ī totū primo de genera. igiẗ totū terminū a quo corrūpit. Nō ſic eſt in alterantib⁹: q̄ꝛ accidētia requirūt ſuppoſitū in quo ſunt. ⁊ ideo nō transfertur totū in totum. Sed forma ſubſtantialis non habet ſuppoſitum in quo eſt: ſed totū eſt terminus a quo ⁊ totū termin⁹ ad quē. ¶ Contra illud. nihil ꝓhibet effectum ꝑduci a generante ſine quo illo p̄ſente ꝑducto termino magis debilitatur agēs ⁊ hoc q̄ñ agens hȝ in virtute effectuȝ ſuum ſine illo alio. Sed p̄ſentia aliqua magis debilitet agens naturale q̄ abſentia eius. igitur ſi in ei⁹ virtute habet totū effectū poſſet totū effectum ponere in eē abſq̄ȝ p̄ſentia cōtrarii. Si em̄ generatum eſt ſimplex. Si agens hȝ formā in eius poteſtate totū effectum hȝ in eius poteſtate: et ita poſſet agens naturale naturaliter generare ſubſtantiā ſine corruptione cōtrarii alicuius. Preter hoc non ſolum ſequitur ꝙ poſſit immo ꝙ neceſſario hoc faciat: quia agens naturale neceſſario agit q̄tum pōt ⁊ totū effectum pōt creare: ⁊ ſi contrariū non ſit p̄ſens: igitur poteſt generare ſine corruptiōe. Non em̄ intenditur corruptio niſi q̄ꝛ aliquid effect⁹ cauſandi eſt intrinſece aliquid ipſius corrumpēdi. ¶ Scḋo ad idem. vii. Meta. ca. v. aliqua ſubſtātia eſt corruptibilis ab intrinſeco eo mō quo totū nō eſt corruptibile: ſed talis nō pōt eſſe tm̄ act⁹ ſimplex: q̄ꝛ ſic nichil haberet ratione cui⁹ eēt corruptibilis. igitur opȝ ꝙ ſit ſubſtantia compoſita ex actu ⁊ realitate alia. Dicunt ſubſtantia ſimplex q̇ hȝ cōtrariū ē corruptibilis: q̇ nō: nō. contra: per hoc ꝙ habet cōtrarium non efficitur aliqua natura ī ſe magis q̄ ſi nō haberet: igiẗ nichil intrinſecū in ea eſt ratio corruptibilitatis. iō phs ponit ꝙ poſſibile eſſe et non eſſe hȝ materiā intrinſecā. ¶ Tertio ſic ad idē: ſi nō eſt aliqua talis entitas in ſubſtantia compoſita ſequitur ꝙ nulla erit generatio: nulla corruptio etiā ꝙ nulla mutatio ſit poſſibilis in ſubſtantiis vel ſubſtantialis. q̄ꝛ vt habeẗ. v. phi. gñatio eſt mutatio a non ſubiecto in ſubiectum: corruptio ecōtra. igitur ſi nullū eſt ſubiectū cōmune neutra iſtaꝝ erit poſſibilis. Similiter. vi. phi. vult ꝙ non eſt mutatio niſi alicuius aliter ſe habētis: ſed non eſt aliqua mutatio alicuius aliẗ ſe hn̄tis a p̄uatiōe ad formam ſi materia non eſt quid aliud a forma. Nam priuatio non eſt nata eſſe niſi in illo qȯ eſt natū eſſe ſub oppoſito eius. Forma aūt nō eſt nata eſſe ſub oppoſita forma. nec etiam manet forma eadem ſub vtroq̄ȝ terminorum: nec aliquid ſe habet aliter q̄ prius niſi ſit manens. Et cum allegatur ꝓ illa pte ꝙ in gñatione ꝯuertitur totū in totum: nō eſt intelligendum ꝙ ibi ſit tranſſubſtātiatio. ſed ſi materia non maneret generatio eſſet vera tranſſubſtantiatio: ideo in hac mutatione proprie eſt tranſmutatio toti⁹ in totum ⁊ in nulla alia: q̄ꝛ nō eſt tranſmutatio in tranſlatione cū ibi nulla ſit mutatio. Trāſmutatio em̄ includit mutationem: in aliis vero mutationibus nō eſt tranſmutatio totius in totū: quia nō eſt ibi totum: ⁊ cū mutatur lignum frigidum in lignum calidum non eſt hoc totuȝ niſi per accidēs ex ligno et calido. vnde qȯ eſt per ſe totuȝ eſt lignū et illud non tranſmutaretur: nunc autem totum ꝑ ſe non eſt ſue partes: ſed totum per accidens non eſt niſi quaſi partes. quia igitur nō eſt totuȝ ꝑ ſe ex ſubiecto ⁊ accidente non tranſmutatur ibi totum in totum ſicut autem ibi eſt totum per accidens ſic ꝑ accidēs trāſmutaẗ ī totū. Sȝ vbi totū ē ꝯpoſitū ex materia ⁊ forma eſto ꝙ ſint decē forme ſubſtantiales in eodē adhuc totū ē ꝑ ſe vnū. ¶ Quarto ad

idē ſic in materia in genere cauſe materialis eſt ꝑ ſe ordo. ij me. in receptiuis pōt aliqd eē receptiuū magis aliquid minꝰ. igr̄ in illo genere cauſe erit ſtatus ad primum receptiuū. ⁊ idem nō recipit ſe. igit̄ opꝫ ꝙ ſit res alia a forma recepta. Quinto ad idē ſic aliquod cauſatū eſt cauſatum a quatuor cauſis / aliter eñ aliqua cauſa cauſabit ſine efficiente. igit̄ oportet ꝙ materia ſit vna iſtarꝝ quatuor / ⁊ cū non eſt tota res / nunc ſi materia ſit cauſa opꝫ quatuor eē cauſas / qꝛ ſi materia eſt cauſa forma erit ⁊ ipſa non eſt niſi ab efficiente / efficiens vero mouet̄ a fine. Si materia non cōcurrit ad cauſatū nullus erit cauſa: igitur vbi ꝯcurrit cātum habebit materiā: ⁊ aliam rem. Sexto ad idem ſic. ſubā que per ſe ē diuidit̄ in ſimplex ⁊ compoſitum: ſꝫ ſi ꝯpoſitum non habet realiter ꝑtes non ē realiter compoſitū. Septimo ſic Aug. ij. confeſſio. Dñe duo feciſti vnum ꝓpe nichil vt materiam. Et. vij. ſuꝑ geñ. ⁊ vbiqꝫ vbi loquitur de materia ſentit idē cū ariſtotele ꝙ ē. iij ab vtroqꝫ cōtrariorū. Et cum dicit̄ de illa opiniōe de profectu materie in formā ex iſta ſequeret̄ ꝙ res generate non diſtinguerentur ſpecifice. qꝛ ſi forma non ſit res alia a materia: igit̄ non diſtinguit̄ ſpecifice a materia. ⁊ q̄ non differunt ſpecie. in tertio ſi ſunt in iſto eiuſdem ſpeciei non poſſunt inter ſe differre ſpecie. igitur nulla forma generabilis differret ab alia ſpecie. ¶ Preterea. hec de anima intellectiua manifeſte eſt poſitio falſa. nō eñ poteſt aīa intellectiua eē gradus materie ſicut intenſius albū eſt gradus forme albedinis neqꝫ eſt ſimile de dimēſione interminata ⁊ termino / qꝛ terminꝰ ⁊ terminatum non ſunt idē idētice. talia eī non ꝯſtituūt vnū ſed illa q̄ componunt vnū inter ſe non ſūt vnū. idē eñ cum ſeipo nullū compoſitum conſtituit: tamen dimenſio interminata et ſuus terminus a materia compoſitionem faciūt. ideo dico ſicut iſte rōes ꝯcludunt ꝙ aliqua eſt ētitas poſitiua materie. Secūdo qualis ſit iſta ētitas materie / ⁊ dico ꝙ talis qualis ex iſtis ꝯditionibus ꝓbaretur ꝑ rōnes ſuperius poſitas poteſt concludi / ⁊ premitto vnam diſtinctionē qualiter aliquid dicitur in potentia dupliciter / vel ſicut terminus potentie vl' ſicut ſubiectū. terminꝰ potentie dicitur in potentia obiectiua ſubiectuꝫ vero in potentia ſubiectiua: ⁊ aliqñ poteſt eſſe ꝙ eadem eſt potentia obiectiua. ⁊ ſubiectiua .i. cōparatione tñ ad diuerſa / ſicut ſuꝑficies dicitur in potentia ſubiectiua reſpectu albedīs īducēde albedo eī dicitur in potentia obiectiua / ita ꝙ eadem eſt hitudo forme inducende ad ſubiectum / ⁊ ita habitudo īter hec extrema in comparatione ad ſubm dicit̄ potētia ſubiectiua in comparatione vero ad formā dicitur potentia obiectiua. ſꝫ poſſibile eſt obiectam eē ſiue ſubiectā ſicut ptꝫ in creatione vbi tñ eſt potētia obedibilis. ¶ Aliqui ſuſtinentes philoſophum vocaliter dicunt ꝙ materia eſt aliquid ſicut potentia obiectiua non autem ſicut potentia ſubiectiua: quia non maiorem entitatem tribuunt materie niſi ꝙ eſt in potentia ſicut albedo que producetur hinc ad annū. Sed iſti realiter negāt philoſophū ⁊ illud qd̄ rationes ſuperius adducte probant. qꝛ ſi ignis in virtute ſua actiua habet formam ignis generandi / ⁊ nichil plus entitatis eſt in igne gñando niſi potentia obiectiua / ignis hꝫ totū ignē generādū in eius virtute actiua. ⁊ tunc ſicut concludit prima rō ſuperius poſſet naturaliter aliqd generare ſine corruptione. Et ſcda rō eſt contra hanc viam qꝛ ignis non erit corruptibilis propter aliquid īrīſece incluſum. Similiter tertia rō. qꝛ non dicit̄ aliquid manere idem ſub vtroqꝫ terminorū ꝙ tñ eſt in potentia obiectiua albedo eñ hinc ad annū nullius trāſmutatiōis eſt nunc ſubiectuꝫ vñ qd̄ ſolū eſt in potentia vt ſit terminꝰ actionis nō ponit aliquid manere idem ſub vtroqꝫ terminorum. Similiter rōes ſequentes equaliter concludunt contra iſtam opinionem ſicut ꝯtra primam ⁊ auctoritates philoſophi ꝙ materia eſt ꝑ ſe principium primo phi. ꝑ ſe cā. ij. phi. ⁊. v. me. per ſe pars ſubē compoſite. vij. me. ideo dico ꝙ materia eſt entitas extra cauſam ſuā. ens eī in actu nō dependet a nō ente in actu cōpoſitum depēdet a materia ⁊ forma. igitur neutrū iſtorum eſt ſolum potentia obiectiua. nec illa potētia que eſt eſſentia materie multiplicat̄ ad multiplicationē terminorum. Sed illa potentia materie q̄ eſt reſpectꝰ ad terminū numerat̄ ſecundum terminos de qua potentia dicit ariſtoteles. iij. phi. ſi poſſe ſanari ⁊ poſſe laborari ſint idem actꝰ erunt idē non autem de prima potentia que eſt ſubiectuꝫ. iſto ptꝫ. qꝛ ſi nulla realitas eēt alia in compoſito a forma igitur eſſet creatio qꝛ nichil forme preexiſtebat materia: igitur eſt ens in actu diſtinguendo actum cōtra potentiam quam habet. effectus in agente ⁊ eſt ens in potentia qꝛ eſt receptiuū cuiuſcūqꝫ actꝰ actuantis. et ideo dicitur maxime ēs ī potētia. qꝛ ē receptiuum illius quod maxime actuat. habet tamen eſſe ⁊ dicitur ens in eſſe proprio diſtincto contra eē forme. qꝛ impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſit vnum ens extra cauſam ſuam: ⁊ tamen nullum eē habeat. Contra: ex hoc ſequit̄ ꝙ non eſſet poſſibilis vna generatio ſicut arguit ariſtoteles. j. de genera. ſi ſubiectum generationis ē ens actu generatio nō differt ab alteratione. qꝛ omne adueniens enti ī actu ē accidens. Si igitur materia eſt q̄dā entitas poſitiua in actu: omne ſibi adueniens erit accidens.

Secundo ſic. potētiale quod eſt ſuſceptiuum non eſt aliquid illius generis cuius eſt ſuſceptiuum. Suſceptiuū colorꝫ non eſt in genere coloris ſꝫ q̄titatis. Suſceptiuū q̄titatis: non eſt de genere q̄titatis: ſꝫ ſubē materia ē primum ſuſceptiuum forme ſubſtantialis. igitur nō erit ī genere ſubē. nec pari rōne aliquod ens poſitiuum generis poſterioris.

¶ Item ſequeretur ꝙ compoſitum non eſſet per ſe vnum. qꝛ componeret̄ ex duobus in actu ex duabꝰ actualitatibus non fit per ſe vnū. ¶ Ad illud tertium primo reſpondeo ꝙ vel opꝫ dicere ꝙ ens generabile ⁊ corruptibile eſt omnino ſimplex ſicut forma vel compoſita ex aliquo ⁊ nichilo. vel ex aliquo: ⁊ aliquo. Primum non pōt dari. qꝛ nichil eſt per ſe generabile et corruptibile niſi ſubā compoſita forma autem ꝑ accidens ſecundum claudit oppoſita. igit̄ oportet dare tertium. Cum igitur rō ſubē diuiditur

in ſubãm ſimplicem ꝛ compoſitam nõ repugnat ꝙ
ſic ſit compoſita ꝛ per ſe vna. Si autem omne vnũ
eſſet omnino ſimplex in ipo nõ poſſet eẽ hoc ꝛ hoc
Stat igitur cum vnitate compoſiti ꝙ habeat ptes
in actu diſtincto contra potentiaꝫ obiectiuã. dicũt
pari rõne hõ albus erit per ſe vnum. qꝛ ita ꝓbabi=
liter poteſt ſuſtineri Dico ꝙ non. vnum enim vel
eſt immediata paſſio entis: ita ꝙ non cadit paſſio
media vel non eſt nobis nota paſſio media: et hec
non ſolum eſt per ſe Secundo modo ens eſt vnum
ſed etiam immediata / qꝛ tranſcendens non habet
diffinitionem. ꝛ ideo non eſt aliquod medium ꝯclu
dẽdi ens eſſe vnũ niſi / qꝛ ens eſt ens. ꝛ ſicut ẽ de en
te in generali ſic in ſpecialibꝰ entibus ens ſpeciale
eſt vnum ꝑ ſe: quare igitur ex quibuſdam fit vnum
ꝑ ſe ꝛ ex alijs. Dico ſicut vult phus. viij. me. ꝙ i ſim
plicibus non eſt dubiuꝫ. qꝛ ſtatim ſunt id quod ſunt
ideo qꝛ materia et forma ſunt talia entia ex his fit
vnum cõpoſitum per ſe ex homine et albo nõ. Nõ
tamen tanta eſt vnitas compoſiti ſicut ſimplicis:
ideo in entibus eſt ille ordo vnitatis. primo eſt vni
tas ſimplicium. Secundo eſt vnitas compoſiti per
ſe. Tertio vnitas per accidens ſubiecti et acciden=
tis. Quarto vnitas ordinis. qꝛ vnitas aggregatio=
nis vt cumulus nec ẽ alia ratio vt dicit philoſophꝰ
quare ex materia ꝛ forma fit vnum per ſe niſi quia
hoc per ſe actꝰ illud ꝑ ſe potentia reſpectu eiuſdeꝫ
nec ẽ ratio ſpecialis alia. qꝛ materia nata ẽ eẽ cau=
ſa intrinſeca entis et formaliter. Similiter ꝛ quia
hec eſt vltimata potentialitas illa vero vltimata
actualitas illius. ideo ex his fit vnum per ſe. Et cũ
dicitur ex actu: ꝛ actu non fit vnũ per ſe. dico ꝙ lo=
quendo de actu vt actꝰ ꝛ potentia diuidũt totũ ens
ſecundum ꝙ ens in actu fuit prius in potentia. Sic
materia non eſt ens in potentia: ſed ens in actu cũ
ſit actu pars entis in actu / non tñ eſt materia actus
Nam illa dicũt denominatiue vt ponunt diuidere
ens in actu: ꝛ in potentia. ꝛ non dicunt inquid. Si
tñ ens in actu accipitur ꝓ actu actuante: ꝛ potẽtia
pro eo quod recipit actum actuantem. dico ꝙ ma=
teria nõ eſt ens actu. ꝛ ſic loquitur philoſophꝰ. vii.
cum dicit actus ſeparat et diſtinguit. ꝛ. viij. vbi lo=
quitur de actu actuante qui facit vnum cum poten
tia receptiua et actus vt accipitur pro principio a=
gendi. nec etiã ens in actu ꝯpetit materie. ſed vt ẽs
actu diſtinguitur ꝯtra ens in potentia ꝙ nullo mõ
eſt in actu extra cauſam ſuã: ꝛ ſic ex duobus in actu
poteſt fieri ꝑ ſe vnum: ꝛ tamen vtrunqꝫ hꝫ propriũ
eſſe cum non ſit ponere ens in actu aliquo mõ pter
eẽ. patet igitur ad tertium. ¶ Ad primum illorum
trium dico ꝙ aliqui ponebant ſicut philoſophꝰ eis
imponit ꝙ ſuppoſitum generationis fuit corpꝰ ac=
tu: ita ꝙ primũ ſuppoſitũ fuit ens in actu ꝑ formã
ſubſtantialem / ꝛ tale eſt per ſe alterabile / nũc autẽ
ponere ſuppoſitũ generatiõis ẽs aliquo modo nõ
diſtinguit generationem. qꝛ ratio generationis ne
ceſſario includit ꝙ ſubiectũ ſit aliquod ens manẽs
idem ſub vtroqꝫ terminorũ. aliter enim nichil ali=
ter ſe haberet licet non ſimiliter ſe haberet: tamen
non aliter ſe haberet. ¶ Ad tertium ſi ponitur ꝙ

quodlibet genus habet ꝓprium potentiale. ꝛ pro=
prium actuale: ita ꝙ albedo q̃ ꝙ ſit forma ſimplex
componitur ex intrinſecis pñcipijs vt habetur. xii
me. ii. ca. aut aliorum principia ſunt alia principia.
tunc ſequitur ꝙ ſuſceptiuum in quolibet genere eſt
in eodem genere ꝑ reductionem ſicut q̃titas inter
minata proprium potentiale in genere q̃titatis. vel
non potentia actuata componi ex pñcipijs intriñſe
cis ratio eſt quare ſuſceptiuum coloris non ẽ eiuſdẽ
generis ſed prioris generis vt ſuperficies. qꝛ color
habet potentiale ꝙ ſecundum totum genus eſt pri
us toto genere coloris ꝛ ſic q̃titas reſpectu ſubẽ:
igitur neceſſe eſt formas pmi generꝭ ſimpliciter ha
bere primum ſuſceptiuũ ꝙ ſit in eodem genere per
reductionem. qꝛ non poſſit eẽ generꝭ prioris primi
generꝭ. patet igitur ſcõm principale qualis ſit enti
tas materie. Tertio quomodo differt a forma ꝛ di
co ꝙ materia eſt primo diuerſa a forma ꝛ ſimplici
ter alterius rationis. qꝛ prima extrema vt actus: et
potentia ꝯponentia vnum ſunt primo diuerſa / qꝛ
nihil ẽ idẽtice idẽ cũ pma materia ꝛ forã qꝛ ſi aliqđ
eiuſdẽ rõis cũ forã eſſet in materia q̃tũ ad id mate
ria non eſſet potentia receptiua: ſed actuaret aliud
igitur non ſe tota eſſet primum receptiuuꝫ ſi aliqđ
eiuſdem rõnis cum materia eſſet in forma q̃tuꝫ ad
illud non actuaret ſed actũ reciperet. igitur nõ eẽt
primꝰ actus ſimpliciter: qꝛ q̃tuꝫ ad illđ nõ daret eẽ
actuando. ideo q̃tomagis cõponẽtia ſunt diuer=
ſa dum tamẽ hoc actus illud potentia reſpectu hu=
ius tanto magis diſponit vel requirit ad hoc ꝙ ꝯſti=
tuit tertiũ ex his. Ex his ſeqꝛ ꝙ tã materia q̃ for
ma eſt ens abſolutum. Si enim materia in eſſentia
ſua eſſet quid reſpectiuum vt quidam ponunt non
eſſet primum fundamentum forme ſubãlis. Nõ eñ
poteſt fundamentum eſſe magis reſpectiuum q̃ id
quod in eo fundatur. Adhuc arguitur contra dicta
ꝑ cõmentatorem. viii. metha. cõ. xv. in fi. ex ponen
tem ariſtotelem. agens extrahẽs formã a materia
non largitur multitudinem: ſed perfectionẽ. Si tñ
materia ꝛ forma eſſent duo entia diuerſa extrahẽs
formam cauſaret multitudinem. dico ꝙ in genera=
tione naturali concurrunt due potentie. vna enim
eſt potentia reſpectu termini producti. Alia eſt po
tentia ſubiectiua materie a qua extrahitur forma.
primo eñ extrahitur compoſitum ſicut primus ter=
minꝰ potentie ꝛ ſibi non largitur agens multitudi
nem. qꝛ ita compoſitus eſt ignis in potentia in po
tentialitate ſicut ẽ in actu ignis ĩ actu. qꝛ duaꝝ ptes
eſſentiales realiter differentes in potentia habuit
ignis in potentia ſicut ignis in actu realiter diuer=
ſas in actu: ſed cuiuſcũqꝫ generationis eſt alia po=
tentia ita ꝙ generati eſt aliqua potentia q̃ precedit
que pars eſt geniti vt habetur. vii. metha. ideo ex=
trahitur forma ꝑ accidens a materia ꝛ compoſitũ
per ſe. Non igitur extrahens largitur multitudinẽ
non ꝑ accidens in hoc ꝙ facit illud eẽ in actu ꝙ pꝰ
fuit in potentia. nec largitur multitudinem aliam. qꝛ
ſicut vnum fuit generabile in potentia obiectiua ꝛ
nunc eſt in actu q̃ eſt totius geniti ꝛ potentia ſubie
ctiua materie que adhuc manet ſicut prius. idẽ non

QUeritur ſecūdo vtꝝ paradiſus ſit loc⁹ conueniēs habitationi humane nature. Ꝙꝫ non. qꝛ attingit globū lunarem vt habetur in littera. igitur non eſt conueniens habitationi humane nature. ¶ Item: aque diluuij aſcenderunt altius quindecim cubitis Gene. vii. omni monte: ⁊ nō aſcenderunt ad paradiſum: igitur eſt altius. ſed vltra cacumina altiſſimoꝛū mōtium non eſt conueniens habitatio humana. quia philoſophi aſcendentes hmōi montes poꝛtabant aquas ad ingroſſandum aerem. aliter eñ non poterant expirare ⁊ reſpirare pꝛopter ſubtilitateꝫ aeris vt dicit Solinus de mōte olimpi. ¶ Oppoſitū ¶ Ad queſtionem. dico ꝙ ſic vt patet Geneꝫ. v. et iiii. Regū. i. de helya ⁊ enoch. ⁊ non ſolum de natura humana abſolute. ſed etiā poſt lapſum. Tñ modus ponendi eſt varius. Dicunt aliq ꝙ ſecūdū altitudinem attigi t globū lune: ſcōm longitudinē attigit ad oꝛientem / ſcōm latitudieꝫ ē ſub eq̄noctiali ⁊ ꝙꝙ pꝛopter appꝛoximationem ad ſolē eſſet nimi⁹ eſtus: dicunt ꝙ minus exurit eſtus ibi ꝗ̄ in loco diſtantioꝛi pꝛopter velocitatem motus ſolis. qꝛ velocius mouetur circulus maioꝛ ꝗ̄ minoꝛ. ¶ Contra illud: non ſunt alia puncta in celo quin poſſunt eſſe oꝛiens niſi poli tm̄. qꝛ ſicut in magno circulo quilꝫ punctus pōt eſſe oꝛiens exceptis polis ſic: in paruo ¶ Item motus elementoꝛum manifeſtāt nobis ꝙ ignis eſt ſupꝛa aerem totum. qꝛ et ſi paruus ignis nō poſſit aſcendere vltra totū aerē ad ſpherā ignis hoc eſt pꝛopter magnitudinem virtutis cōtinentis et ꝑuitatem virtutis reſiſtētis ꝙ coꝛrumpitur anq̄ꝙ deueniat ad ſpheraꝫ ſuam: igiꝫ totuꝫ qḋ ē ſupꝛa aerem ē exceſſiſſime calidum. Similiter ſupꝛema regio aeris pꝛopter appꝛopinquationē ad ſuperioꝛa ⁊ motū circularem ē intemperate calida habitationi hūane mediū iterſticiū aeris ē exceſſiue frigidū ꝑꝑ duas cās ꝑuatiuas vt nō ꝑꝑ refractionē radioꝝ qꝛ ſpergūtur: ⁊ pꝛopter diſtantiam a ſuperioꝛibus ⁊ pꝛopter aliquid poſitiuum foꝛte qḋ habet aſpectum determinate ad iſtam parteꝫ. nichil igiꝫ vltra

infimam regionem aeris eſt conueniens hītationi
humane nature niſi fiat miraculuȝ. Nec mouet au
ctoritas adducta. q₂ parabola quedā eſt. nec valet
ſecundū de aſcenſu aquarum diluuii / q₂ miraculū eſt
ꝙ aqua aſcendebat tm̄ vltra cacumina altiſſimorum
montium in vindictā peccatorum ⁊ ꝙ non aſcēdebat
ad locū paradiſi non fuit miraculum. q₂ aqua natu
raliter eſſet in locis ꝓclimoribus: ⁊ non fiebat mi-
raculū i hoc ꝙ nō i tm̄ aſcēderet q₂ nō erat ibi aliq̄d
vindicandū. q₂ tm̄ fuit ibi Enoch. ideo ſoluȝ ex ca
rentia miraculi non aſcendebat aqua in tm̄. Etiaȝ
qđ dicitur ꝙ ſub equinoctiali eſt regio tempata. nō
eſt verum q₂ pariſi⁹ diſtat ſol p. xv. gradus a ȝeni-
th capitis quando plus approximatur. ⁊ plus di-
ſtat a nobis quando maxime approximaƭ ꝙ diſtet
ab eis in hyeme ꝓfundiſſima. io foret ibi locus in
tempate calidus. Nā oppoſitum augis magis ap-
propinquat ad terrā ꝙ aux p. v. gradus. ¶ Item:
ſolum appropinquat ad nos p. v. gradus plus vno
tempe ꝙ alio ⁊ ſi in maxima elōgatione ſol ab ali-
quo loco ſit propinquior illi loco ꝙ nobis in eſtate
igitur in eſtate ibi erit regio itempate calida. Silr
p eleuationem diſtet ꝓportionaliter ab aliquo lo-
co. ita ꝙ plus quando maxime approximat ꝙ di-
ſtet a nobis in ꝓfundiſſima hyeme in elōgatione
erit ibi excellens frigiditas. Dico igitur ꝙ paradiſ⁹
eſt locus conueniens. nec oportet ꝙ ſit extra infi-
mā regionem aeris. ¶ Queſtio. iii.

Tertio q̄ritur: vtrum
in materia naturali ſit rō ſemi
nalis ad formam inducendaȝ.
Q₂ ſic / q₂ ſi nichil forme p̄ce-
dit in materia que ſit pars for
me ſequitur ꝙ generatio erit
creatio ⁊ ſimiliter cum forma
reſoluitur in ididem ex quo fiebat ſimiliter ꝙ ī ni-
chil ſui reſoluitur in corruptione: ⁊ ſic corpus erit
adnichilatio forme. ¶ Item: natura eſt principiū
motus eius in quo. ⁊c. diffinitio nature: non tamē
cōpetit principio paſſiuo īmo p̄ncipali⁹ dicitur de
forma ꝙ de materia: igitur in gn̄atiōe naturali erit
aliquod principium actiuū intrinſecū non niſi ps
forme in materia. ⁊c. ¶ Item. vii. me. a caſu fiunt q̄
cunqȝ ſic mouent intrinſece ſicut eēt motus ab ex-
trinſeco ſi principium eēt extrinſecum: ſicut patet
ibi de generatione equiuoca. q₂ ſic generata dicun
tur fieri a caſu: igiƭ ſecundum philoſophum in tali
generatōe vniuoca eſt. q₂ ſic generata debent fieri
a caſu: igitur ſecundum philoſophuȝ in tali genera
tione eſt principium mouens intrinſecum mouens
eodem modo ſicut in generatione vniuoca eſt p̄n-
cipiū mouēs extrinſecū. ¶ Oppoſitū: ſi ſic aut iſta
rō ſeīalis eſſet eadē i hoc ⁊ ī iſto. vƚ nō eađ. Si ea
dē ſeqƭ ꝙ idē nūero nunc eſt pars forme ignis nūc
pars forme aque / q₂ quando inducitur forma ignis
pars forme eſt pars forme ignis ⁊ ſi poſtea debeat
induci forma aque ⁊ non pōt eē eiuſdem rōis cum
alia pte forme aque que nūꝙ poteſt eē pars forme
ignis: igitur talis forma erit compoſita ex talibus
partibus ſecundum rationem. Si non eſt eadem
pars forme aque ⁊ ignis. Aut igitur iſta eſt vna ꝑs
tm̄ vel tot partes quot ſunt forme īducende. ſi tan-
tū eſt vna opȝ dicere ꝙ illa ē in materia ⁊ non īfor-
mat ipām. vel ꝙ iſta informet et non alie partes ſu
peruenientes ⁊ tunc alia erit pars forme informās
materiā. ⁊ aliqua non. licet non poteſt fieri niſi per
miraculum. Si detur tertiū membrum ꝙ eſt alia ⁊
alia pars forme reſpectu cuiuſlibet inducende. Se-
quitur ꝙ materia erit ſimul informata formis ſpeci
ficis diuerſis que non ſunt vlterius determinabi-
les per formas ſpecificas: ſȝ conſtituunt ſuppoſitū
in genere ſubſtantie. ⁊ ſequitur. q₂ in materia ſint i
finite forme: ⁊ quodlibet in quolibet vt poſuit Ana
xa. ¶ Circa iſtam queſtionem. Primo videndum
reſpectu quorū non eſt ponenda ratio ſeminalis. ⁊
primo q₂ rō ſeminalis poſſet poni aliq̄d materie ſe
cundum potentiam paſſiuā remotā. ideo p̄mo de-
claro ꝙ ſic non ē intelligenda ratio ſeminalis. quia
ſecunduȝ Aug. x. ſuper Geñ. Leui fuit in abrahā ſe
cundū rōnem ſeminalem ⁊ ſcđm corpulentā ſubſtā
tiam: xp̄s autē ſecundum corpulentā ſubſtantiam.
Ad hebreos. vii. ſȝ vniformiter ſcđm potentiā paſ
ſiuam remotā fuit xp̄s in abrahā ſicut leui. ¶ Iteȝ
Aug. ix. ſuper Geñ. vi. aliquid facit deus in corpo-
ribus non ſcđm rōnes ſeminales. aliquid vero ſecū
dum rōnes ſeminales: ſed nichil pōt deus facere in
materia cuius materia non ſit receptiua: igitur po
tentia receptiua materie non pōt dici ratio ſemina
lis ſecundū ꝙ de eo loquitur Aug. a quo tractum ē
hoc nomē. ¶ Aliter poteſt itelligi ratio ſeminalis
vt dicatur actus eiuſdem eſſentie cum forma indu-
cēda: ⁊ ſic dicunt aliqui ꝙ aliquid forme inducende
p̄cedit qđ coagit ad inductionem forme ſecundum
eſſe completum: licet ponitur primo ne generatio
ſit creatio. ſecundo propter differētiaȝ que eſt īter
ꝓductionem naturalem ⁊ artificialem. q₂ artificia
lia habent tm̄ p̄ncipium paſſiuū intrinſecuȝ: igitur
naturalia habebūt principium actiuū intrinſecuȝ.
¶ Tertio ſic. vi. me. ꝓbat philoſophus ꝙ philoſo
phia nō ſit ſcientia factiua. q₂ in talibus p̄ncipium
factionis eſt in faciente. ſed in naturalibus princi-
pium eſt in motor formaliter accipit principiuȝ ali
ter non cōcludit rōne. Sed principium actiuuȝ eſt
in cognoſcente: igitur ⁊ in moto. ¶ Quarto ſic. iij.
ethi. violentum eſt quod ſit ab extrinſecco. igitur
generatio eſſȝ violenta ſi nichil eēt actiuum ītrin-
ſecum. ¶ Contra illud quero: An iſta pars forme
que p̄cedit ſit aliquid: ⁊ illud idem qđ de nouo cau-
ſatur extendendo ad oē id quod habet aliquā enti
tateȝ vel nihil: ſi detur ꝙ illud qđ de nouo cauſatur
nichil eſt: igitur nichil de nouo cauſatur. Si detur
ꝙ ſit aliquid nouuȝ cuius nichil p̄ceſſit: tūc illđ cre
atur: vel oportet dicere ꝙ nichil ſit totaliter nouū
ꝙtum ad aliquā partem eius: ⁊ tunc oportet dice-
re ꝙ prius fuerunt omnia. q₂ ꝙtūcūqȝ pars parua
detur niſi aliquid p̄ceſſerit ſequitur ꝙ illud creaƭ.
¶ Item: illud p̄cedens quod dicƭ pars forme in
ducēde ē imperfecti⁹ ꝙ ſit forma ꝯpleta qđ īduciƭ ab
agēte ⁊ eſt eiuſdē rōnis. Aliter eīn cōponereƭ for a

ex ꝑtibus diuerſarum rōnum. Sed in cuius virtute
actiua eſt ꝑfectius ī eius virtute eſt imperfectius.
Cum igitur agens naturale habeat in eius virtute
actiuā formā cōpletam: igitur poteſt ponere in eē
illud cōpletum euſdem rōnis ⁊ illud pōt deſtruere
⁊ nihil eius p̄ceſſit. nec aliquid remanebit poſt cor
ruptionē: igitur illud totū poteſt creare ⁊ adnichi-
lare. ¶ Item: quero de ſecunda ꝑte forme de cuꝰ
potentia ꝓducit̄. Si de potētia materie fruſtra po
nit̄ pars eiuſdē rōnis p̄cedere: qꝛ de eius potentia
non educitur. Si educitur de potentia ꝑtis ꝑoris:
ſequit̄ inconueniēs. qꝛ tunc aliquid educitur de po-
tentia partis ſue que ē eiuſdem rōnis: vel de natu
ra ꝑ partem ſuam Sꝫ impoſſibile eſt ꝙ aliqͥd edu-
catur de potentia alicuius quod eſt eiuſdē rōis vel
ꝙ aliquid euſdem rōnis ſit rō recipiendi illud qͦd ē
eiuſdem rōis. igitur dꝫ ꝙ oportet vnum iſtoꝝ vel ꝙ
cā ſecunda nihil ꝓducit vel ꝙ cā ſecunda aliqͥd cre
at vel ꝙ aliquid producit cuius nichil p̄exiſtit: ⁊ tñ
non creat / qꝛ creatio ē prima ꝓductio. iō excludit
omnem cauſalitatem ꝑorē preter finalem: vbi igit̄
eſt creatio nec p̄ſupponit̄ cauſa materialis. nec for
malis. igitur ꝑ oppoſitū vbi materia preſupponit̄
non eſt creatio. Cum igit̄ forma ꝓducatur p̄ſuppo-
ſita materia priꝰ natura ⁊ ſi non duratione. non tñ
de aliquo ſui: ita ꝙ aliquid forme p̄exiſtat neqꝫ de
aliquo ſui totius ꝑ cuius ꝓductionem forma eſt ꝑ
accidens ſed de potentia materie: ⁊ ideo de nichi-
lo hoc eſt poſt nihil p̄exactuꝫ ē ꝙ ſit pars ſui ꝓdu
citur ad eſſe poſt non eē. iō forma nō creatur ⁊ ꝑ cō
ſequens deſtructio cōpoſiti non ē adnichilatio for
me. generatio tñ naturalis differt a generatiōe ar-
tificialium ſufficienter ꝑ principium paſſiuū intrin
ſecum. quod ꝓbatur primo ſic ſecundum ariſtote-
lem. viii. phi. illa naturaliter feruntur que ſic ferūt̄
ſicut nata ſunt transferri vt patet de grauibus ⁊ le
uibus. Sed hoc non arguit ꝑncipium actiuū intrī
ſecuꝫ. qꝛ non propter actiuum ē motus naturalis ſi
ue ſit intrinſecum ſiue nō. ſꝫ qꝛ natum ē ſic moueri
non ſic artificialia. ¶ Iteꝫ: natura ē ꝑncipium mo-
tus ⁊ eius in quo eſt per ſe. ⁊c̄. igitur principiū qua
re motꝰ ē naturalis ē intrinſecum moto inq̄tum mo
tum. Sed licet actiuum ſit intrinſecū moto: nō tñ
eſt intrinſecū moto inq̄tum motum / qꝛ vt habetur
ii. phi. ſanatur medicꝰ nō inq̄tum medicus: ſꝫ inq̄
tum egrotus. igitur moto inq̄tum motū accidit ꝙ
habeat principiū intrinſecum. ¶ Item: ſi nunc eēt
ponendum tale actiuum intrinſecum vt ponit opi-
nio prior qͦd eſſet pars forme ſequētis. ⁊ dicit̄ rō ſe
minalis. Quero an iſta rō agat prius naturaliter q̄
extrinſeca forma que ipſaꝫ excitat vel excitans pꝰ
agit naturaliter ⁊ tunc ipſa excitata coagit. ſi detur
primum. igitur perpetuo ageret illa ratio in mate-
ria / qꝛ agit priꝰ naturaꝙ̄ excitet̄ ab itrinſeco. ꝙ̄ nū
ꝙ̄ quieſcit naturaliter. Si detur ſecundū igr̄ ī ꝑmo
īſtāti quo agens ſcḋꝫ excitat illḋ itrinſecū eſt actio
naturalis: ⁊ tñ ſine coagente intrinſeco / qꝛ ſi actio
ſit naturalis. igitur principium actionis ē naturale
videtur igitur ꝙ natura dicit̄ dupliciter. vno modo
vt diſtinguitur contra intellectum ⁊ voluntatem: ⁊

artem ⁊ agens a ꝓpoſito ⁊ iſto modo natura ē ꝑn
cipium determinatum ex ſe ad agendum ⁊ ſic nul-
lum agens agit violenter. qꝛ agit formam. paſſiū tñ
poteſt violenter pati qñ naturaliter cōtra fert̄. alio
modo accipitur natura ꝓ ſubiecto naturalitatis in
quo eſt naturalis inclinatio ad aliqͥd ⁊ ſic animalia
habent potentiā naturalem in motu augmentatio
nis nutritionis. ⁊c. in hoc ſcilicet ꝙ naturaliter poſ
ſunt augmentaris quocunqꝫ agente hoc fiat ⁊ acci
dit ꝙ actiuum ſui motꝰ adhuc naturaliter mouetur
deorſum / qꝛ habet naturalem iclinationē ad taleꝫ
motum. Sic igitur dicit̄ ꝙ natura pōt accipi ꝓ agē
te vel pro paſſo naturali. nec ſequitur ꝙ generatio
naturalis ſit creatio. ¶ Ad primum: igit̄ pro opio
ne priori. patet ꝙ non ē creatio. qꝛ materia p̄ſuppo
nitur ⁊ cum dicitur diffinitio nature. ii. phi. cōuenit
equaliter materie ⁊ forme: dicitur ꝙ cōuenit princi
pio paſſiuo / qꝛ in eo ꝙ mouetur naturalr̄ inq̄tum
tale debet eſſe niſi principiuꝫ paſſiuū motꝰ. vñ q̄ꝙ̄
natura dicatur de forma dicitur ꝙ forma eſt princi
pium paſſiuuꝫ reſpectu motꝰ naturalis / qꝛ materia
prima non inclinatur ad deorſum magis q̄ ad ſur-
ſum niſi ꝑ formaꝫ: ſed totū graue habet inclinatio
nem naturalem ad eſſe deorſum. ideo forma moti
non eſt actiua motus ſui inq̄tum tale: ſꝫ paſſiua ſi-
cut forma ſubſtantialis ſpecifica eſt proxima ra-
tio recipiendi propriam paſſionem: qꝛ non magis
recipit hō riſibilitatem materie q̄ aſinus. ¶ Ad
aliud dico ꝙ differētia ē inter naturalia ⁊ artificia
lia non in hoc ꝙ naturalia habeant principium ac
tiuum ſui motus. Sed qꝛ in naturalibus ē inclina-
tio paſſiua intrinſeca: ſꝫ in artificialibus vel eſt na-
turaliter contra ferri ſicut accidit cum lapis ponit̄
ſuperius ſuper illum lapidem. vel ſaltem habet in-
clinationem naturalē inq̄tum artificiale ē ad talē
motum: ideo aliquando poteſt eē potentia paſſiua
naturalr̄ reſpectu alicuꝰ qñ ē iclīatio naturalis: a-
liqñ eſt reclīatio naturalis cū lapis fert̄ ſurſū aliqñ
neutro modo ⁊ talis dicitur potentia paſſiua neu-
tra ſicut ſuperficies ſi eſſet ſeparata eſſet neutra re
ſpectu coloꝝ. qꝛ nec haberet iclinationē natura-
lem reſpectu alicuius. nec reinclinationem propt̄
quam color eſſet in ea violenter. licꝫ modo non ſic
ſit. qꝛ cōſiſtit in ſuppoſito qͦd habet talē ꝓportiōeꝫ
humoꝝ ex qua ꝓportione cōſurgit talis color vel
talis. ¶ Ad aliud de. vi. me. concedo ꝙ phiſica nō
eſt alia practica. nec actiua. nec ex illa differentia
ſequitur ꝙ qꝛ principium factiuū ē in mouente igit̄
ꝑncipium actiuum naturalium iſte moto puta paſ-
ſum: ſed in artificialibus nullum ꝑncipiū. nec acti-
uum. nec paſſiuum eſt in moto inq̄tum artificiabi-
le. qꝛ nichil ē in ligno vel lapide niſi naturale tantū
Omnis em̄ icīſio ibi cāta violenta eſt ideo non eſt
ibi principale paſſiuum naturale reſpectu inciſio-
nis in generatione vero naturali nūq̄ paſſiuū pati
tur violenter. Licꝫ eī totum quod corrumpitur pa
tiatur violenter vt aqua ab igne tñ principium paſ
ſiuū quod ſubeſt vtriqꝫ forme non violenter reci-
pit / ſed in artificialibus illud quod ſubeſt violenter
recipit inciſionem: ſed materia naturalium. vl̄ ha-

bet inclinationem ad formam quã recipit vel non
reinclinationẽ. ¶ Ad aliud cũ dicitur non conferen=
ti vim paſſo: ꝛ tunc vniuerſaliter eſt violentũ acci
piendo cõferentem ꝓ cõtraferẽte. Sic loquitur
Damaſcen⁹ vbi loquitur de violento. q2 nõ eſt con
ferens cõtrarie ꝛ non ꝑuatiue ſolum. generatio ve
ro nulla ẽ violenta ex parte principii paſſiui. Dicitur
igitur ꝙ cum pluralitas non ſit ponenda ſine ne=
ceſſitate. iõ non eſt in materia naturali aliqua ratio
ſeminalis que ſit pars forme que eſt pars eius / q2 i
ductio forme quelibet forma ſubãlis eſt ꝑor ꝛ pars
forme expellitur ſaltem in generatione ſimpliciũ
Declaro. igitur in quib⁹ ratio ẽ ſeminalis ꝛ in qb⁹
non Aliqua eñ nũꝙ ꝓducunt ſimilia ſicut ſol non
ſolẽ. igitur non oꝫ ponere ſemen mediũ: q2 ſemẽ eſt
ꝑfectius generato ſcðm cõmentatorem in. xii. meth.
ſed elementa ſunt infima iter ſubſtantias per com.
iii. de ce. et cõ. lx vii. igitur elementa non generant
mediante ſemine. ¶ Item. iii. met. vel. vii. ſicut ar=
tificialia tñ inſũt ab extra ſic quedam naturalia vt
ignis. Cum igitur ſol generat ſemꝑ diſſimile non eſt
ſemen. nec in generatione ſimilis ex ſimili imedia
te. igitur in tertia generatione ꝛ ibi ſunt multa me
dia vt forma ſeminis forma corporis. ꝛ talis forma
media non intenditur propter ſe: ſꝫ vt ſimile ꝓducatur
in eẽ ꝛ ꝓcedendo ꝑ talia media ẽ duplex proceſſus
vn⁹ aſcendendo ꝛ ali⁹ deſcendendo. Aſcendẽdo a
forma ſeminis fit ꝓceſſus quouſqꝫ deueniatur ad id
quod imediate ꝑcedit iductionẽ anime. econtra fit
ꝓceſſus vſqꝫ ad cadauer imediate: natura igitur nõ ſi
ſtit in mediis ꝑ ſe loquendo neqꝫ põt ꝑ alia media
ire vt notũ eſt ſenſui. Quid igitur eſt rõ ſeminalis. di=
co ꝙ forma ſeminis ĩgtum ſemen vel qualitas cõ=
ſequens formã ſeminis. Et ex hoc patet ꝙ in aduẽ
tu forme non remanet rõ ſeminalis q2 nec pars for
me. ꝛ ideo eſt ratio ſeminalis pars forme ſequentis
Sed ad quid ponitur ſemen. dico ꝙ tanꝗ medium
neceſſarium: ꝛ non ꝑncipium actiuum generatio=
nis intelligendo ꝑ ſemen aliquid vniforme qð non
eſt diuiſibile i duo quoꝝ ſit alterum ꝛ alteri⁹ ſit paſ
ſiuũ. q2 illud vniforme nõ põt inducere animam in
inſtanti generationis qð probo dupliciter. Primo
ſic forma ſeminis in iſtanti generationis non ẽ / q2
tunc forma incompoſſibilis ꝑficit materiã. igitur vel
in illo inſtanti ſimul eſt. ꝛ nõ eſt. vel in iſto inſtanti
non iducit formã. q2 nihil eſt agit niſi ſit: igitur in illo
inſtanti in quo non eſt non generat: nec formam in
ducit. Secundo ſic imꝑfectius non eſt ſufficiẽs cã
actiua reſpectu ꝑfectioris: igitur eſto ꝙ forma ſemis
maneret in inſtanti inductionis anime adhuc ſemẽ
eſſet imperfectior quocũqꝫ animato. igitur non ꝓ=
ducit animatum. Et licet poſſet fingi ꝙ celum pro
ducit formam mixti tñ ipoſſibile ẽ ꝙ animatum ha
beat i virtute ſua animatũ. Dicitur ꝙ ſemen in vir=
tute alterius põt inducere animam. Contra in vir=
tute non entis eomodo quo eſt non ens non poteſt
aliquid agere / q2 magis impoſſibile eſt dicere ꝙ nõ
ens eſt ſuperius ente cuꝫ in virtute illius agat ꝙ di
cere ꝙ ſemen in virtute ꝓpria inducit. igitur cũ ge=
nerans poſt deciſionem ſeminis poſſit eſſe nõ ens

anteꝙ inducatur anima nõ plus inducit in virtute
illius ꝛ ſi exiſtat ꝙ et ſi ſimpliciter nõ eſſet. ¶ Itē
cauſe ꝑ ſe ordinate differunt a cauſis accidẽtaliter
ordinatis in hoc ꝙ quelibꝫ cauſa ꝑ ſe habet ipſam
cauſalitatem ꝛ ille ſimul omnes faciunt vnã inte=
gram: ꝛ iõ omnes eſſentialiter ordinate neceſſario
ſimul requiruntur. Sed cauſe ꝑ accidens non ſimul
concurrunt neceſſario / q2 cã ꝑ accidens non fuit ne
ceſſaria niſi / q2 cauſaunt mediã. ideo vna iſtaꝝ exi=
ſtente ſimul tñ ſufficit ſicut ſi eſſent mille. Sed ge
nerans eſt cauſa tñ accidẽtaliter ordinata / q2 eſto
ꝙ ſemen eſſet a nullo vel imediate a deo ꝑ creatio
nem equaliter iduceretur aĩa in virtute: igitur gene
rantis non agit poſtꝙ eſt ꝙ ſi eſſet ab alio generã=
te vel a nullo. igitur in virtute ꝓpria agit quidquid a
git. ideo dico ꝙ ſemen non eſt actiuũ in generatio=
ne. nec eſt aliqua anima in virtute alicui⁹ inanima
ti. nec in virtute angeli propter generalẽ articulum
q2 ipſe non agit niſi mediante motu locali. ideo cõ
cedo ꝙ omnis anima ẽ imediate a deo. Sed eſt ne
ſemen actiuũ preuie ad inductionem anime. Dico
ꝙ intelligendo per ſemen aliquid vniforme ꝙ de=
bet ꝑ tranſmutationem recipere animam impoſſi
bile ꝙ agat ꝑuie alterando ad inductionem aĩe qð
ꝓbo dupliciter. ꝑmo ſic. nihil ꝑ gradum qualitatis
quẽ habet alterat ſe ad iſtam qualitatẽ ſcðꝫ gradum
vlteriorẽ ſicut ignis ꝑ calorẽ queꝫ habet formaliter /
non poteſt alterare ſe mouendo vlterius maiorẽ
calorẽ in ſe: igitur ſemen vniforme per nullã virtu
tẽ in eo poteſt alterare ſe ad hoc ꝙ magis diſpona
tur ad ſuſceptionẽ aĩe. Secundo ſic. agens vnifor
me in paſſũ vniforme ſecundũ eandẽ qualitatẽ ipoſ
ſibile eſt ꝙ agat ad diſformẽ effectum / q2 ſecundũ
Ariſto. viij. me. Si agens idẽ ꝛ paſſum idẽ / ſꝫ in fi
ne illius alterationis eſt illud receptiuũ aĩe organi
zatum ꝛ per conſequens habet partes diſformes /
in principio fuit vniforme vt ſupponitur. igitur nõ
poteſt eſſe cauſa ſufficiens alterans ad organizatio
nẽ. ideo concedo ꝙ virt⁹ diuina concurrit ſiue ſit ce
lũ vel intelligentia vt deus: ſicut poſuerunt Auer=
roys ꝛ galienus aſcribendo virtuti diuine i mediate
aliquid i effectu ideo dico ꝙ ratio ſeminalis que eſt
forma ſeminis vel qualitas conſequens formã ſei=
nis vt ſemen neqꝫ ſemen ipꝫ poteſt eſſe actiuũ i ge
neratione neqꝫ in alteratioe: ſed mixta i aĩata poſ=
ſunt aliquo modo fieri ꝑ rõnes ſemiales ꝙtũ ad al
terationẽ primã q2 mixtũ vnũ põt fieri ex multis cõ
currentib⁹ iuxta poſitis ꝛ tũc ſicut in putrefactis põt
eẽ aliqd qð alterat ad ſimilẽ qualitatẽ ſic poteſt eẽ
in iſtis iuxta poſitis cõmiſcendo aquã cum terra et
ſicut illa qualitas q̃ eſt iducta a celo in putrefactis
ante inductionem forme ſubſtãtialis poteſt dici rõ
ſeminalis: ita qualitas iducta ꝑ miſcibilia adunata
poteſt dici ratio ſeminalis reſpectu talis mixti ꝛ ſic
mixtũ ſecundũ iuxta poſitionẽ frequenter hꝫ vnã
qualitatẽ que põt dici ratio ſeminalis ꝛ in inſtanti
corruptionis eſt vna materia ex omnibus elemen=
tis concurrentibus ac ſi eſſet materia vnius elementi
tñ ꝛ ſic equaliter ex vno elemẽto poſſet fieri mix
tum ſicut ex multis: licet frequenter hoc nõ fiat mõ

Similiter poſſet eſſe ꝙ aliqua qualitas eſſet indu-
cta in elementa mundi / ſcʒ ignē ⁊ aquā. ⁊c̄. q̄ poſ-
ſet dici rō ſeminalia: et ſic dicit Aug.ix. vbi ponit
in elemētis mūditalē qualitatē: ⁊ talis pōt eē ſimi
lis in mixto ſcōm iuxta poſitionē rōni ſeminali in
vero mixto: ſed pfecta aialia nō generātur ſic im-
mediate ex elementis / ſʒ mediāte ſemine ⁊ elemē
ta ꝯtēperata ⁊ ꝓportionata ſufficiūt ad gn̄ationē
impfectoꝝ aialiū: ⁊ ſic dicitur mali ſpiritus gn̄a-
re ranas: qꝛ ipſi nouerūt q̄ta erit paſſa ex elemē-
tis ꝯtēperatis et ꝓportionatis: ⁊ ponūt eā in tali
aſpectu ad celū / ⁊ tunc celū gn̄at. ¶ Ad rōnes ṗn
cipales ꝓ pꝛima parte pꝫ. ¶ Ad rōnes i oppoſi-
tum dici poſſet ꝙ ſingulaꝝ formaꝝ ſunt ſingule rō
nes in materia: ⁊ ita rōnes ſeminales oīm forma-
rum: ⁊ pōt ꝯcedi ꝙ materia ſimul eſt informata di
uerſis formis ſpecificis ſub eſſe iperfecto. Nec ha-
bēt diuerſe forme icōpoſſibilitatē i materia ſimul
ſcōm gradū remiſſum: ſicut pꝫ de mobili in motu
ꝙ ſimul eſt ſub formis ꝯtrarijs remiſſis / nō autem
in actu completo. ¶ Diſtinctio.xviii. ¶ Q̄ō vnica.

CIrca diſtinctionē
xviii. queritur pꝛimo vtrū for-
mabatur corp⁹ mulieris de co
ſta p rōnē ſeminalem. Dico ꝙ
pꝛopꝛie loquēdo de ſemie illō
dicitur ſemen qō imediate ſe
hʒ ad formā inducendaʒ ſcōm
Ariſtotelē.ix. Metha.vj.c̄. qꝛ igitur nō fuit poten-
tia in coſta vt immediate ex ipa fieret corp⁹ mulie
ris p agens naturale: iō nō pꝛopꝛie potuit corpus
formari ex coſta p rōnē ſeminalē. Simılr̄ per mul
tas trāſmutatiōes adhuc natura nō poſſet formaſ
ſe totū corp⁹ mulieris ex coſta. ſed tm̄ ptē corpis.
iō duplici de cā non potuit formari ex coſta p rati-
onem ſeminalē: tū qꝛ nō fuit ſufficiens reſpectu to
tius corpis. tū / qꝛ nō fuit potētia ꝓpīqua reſpectu
equalis ptis: iō ſolū impꝛopꝛie potuit dici ſemē re
ſpectu corpis: qꝛ nō fuiſſet ꝯueniēs ſuſceptiuū aie
intellectiue eſto ꝙ illa materia poſſet ad tantā q̄ti
tatē rarefieri: vel nō fuit poſſibile forte materiam
coſte i tm̄ rarefieri. ¶ Diſtinctio.xix. ¶ Q̄ō vnica

CIrca hanc diſtinctio
nem.xix. queritur pꝛimo vtrū i ſta
tu innocētie habuiſſet hō corp⁹ im
mortale. Q̄ꝫ non. Nul̄lū imortale
indiget nutrimento: ſʒ hō in ſtatu
innocētie indiguit nutrimento: qꝛ
vt habet̄ Gen̄.ix. Cōcedebat̄ ſibi eſus cuiuſlibet i
paradiſo / excepto ligno vite: ⁊ ſicut nutriebat̄ ſic /
aliq̄ ps materialis deꝑdebatur. aliter enim fuiſſet
adā imoderate q̄titatis cū fuiſſet formatus pfecte
q̄titatis: igit̄ aliqua ps fuit fluxibilis. ⁊ ſimilis rō
eſt de toto et de pte. igitur totū fuiſſet corruptibile
¶ Item: oīe gn̄abile eſt corruptibile p phm̄: ⁊ rō
eſt: qꝛ non ē maioris virtutis actiue rem corrūpere
q̄ ipſam pꝛoducere. ſed in ſtatu innocentie fuiſſet
gn̄atio. igitur potuiſſet fuiſſe corruptio. ¶ Itē: nul
lum violentū ꝑpetuum: pꝛimo de celo. ſed duo cō-
traria ſimul ſunt in tali corpe mutuo actiua. igitur
ibi cōſeruantur violēter. ¶ Oppoſitū: Ro.v. Per
pctm̄ intrauit mors: igitur pri⁹ nō fuit hō mortalis
¶ Dicitur ad queſtionē ꝙ pꝛopoſitio cū ſuo caſua-
li equipollet aduerbiali determiationi: ita ꝙ in ſta-
tu innocentie equipollet ei qō eſt tūc. et duplex po
teſt eſſe intellectus: vel ꝙ impoſſibile fuit hominē
mori tunc ſcōm ꝙ homo tunc refertur ad poſſibile
vel ad terminū potentie. Pꝛimo modo eſt ille itel-
lectus ꝙ homo in ſtatu innocentie non habuit po
tentiā ad mori: ⁊ hoc eſt impoſſibile: quia cū poſt
ea moriebatur certū eſt ꝙ pꝛius habuit potentiaʒ
qꝛ per peccatū nulla potentia fuit ſibi data poſiti-
ua quam pꝛius non habuit. Secūdus intellect⁹ vt
ly tūc cōponitur cū termino potentie ita ꝙ fuiſſet
potentia ad ſimul eſſe in natura mors ⁊ innocētia
et hoc eſt impoſſibile: qꝛ iſta ſunt repugnātia ⁊ pꝛe
ter hoc pena non fuit ante culpā. mors aūt pena ē.
Sicut igitur albū poſſibile eſt eſſe nigrum in ſenſu
diuiſo: ſic poſſibile fuit hominem mori / ſed non ſi-
mul ſicut in ſenſu ꝯpoſito: quare aūt nō ſtarent ſi-
mul mors et innocentia. ¶ Dicunt aliqui ꝙ pꝛopt̄
plenū dominiū anime ſuper corp⁹ nō fuiſſet ipꝛo-
portionabile anime. ¶ Alij dicūt ꝙ nichil intrin-
ſecum ſufficit ad immortalitatē: ideo dicunt ꝙ per
donum ſupernaturale fuiſſet imortalis: vt per iuſti
ciam originalē. Quantū igitur ad pꝛimum mēbrū
ꝙ potentia fuit ad mori ſtante innocētia: qꝛ nō tul
xit aliq̄d ex inocentia in corpus aliquid qō fuit im
poſſibile morti: qꝛ actio naturalis agentiū intrin-
ſecorū et extrinſecorum nō auferebatur per inno-
centiam. igitur nichil repugnans morti ademit in-
nocentiā. ideo dico ꝙ in ſtatu innocentie hō habu
it potentiā ad mori: ſicut poſtea manifeſte apparu
it et habuit potentiā ad non mori: potētia ad mo-
ri nunq̄ fuiſſet reducta ad actū. ſi ſteτiſſet illud de-
claro ꝙ natura poſt lapſum eſt corruptibilis a cor-
ruptiuo intrinſeco vel extrinſeco. Pꝛimo mō: vel
pꝛopter actionē contrariorum in virtute ſecunduʒ
ꝙ calidū agit in humidum / vel ꝙ careat nutrimen
to: vel ꝙ habeat habundantiam vincentem natu-
ram. ¶ Secūdo modo ē diſpoſitio corruptiua cō-
tinentis nature lapſe et violētia illata penitus ex-
trinſece. Pꝛima cauſa corruptionis poſt lapſuʒ eſt
lapſus cōtrariorū in virtute q̄ eſt in nobis: ſm̄ Ari
ſtotelē de iuuētute ⁊ ſenectute / ⁊ libꝛo de morte et
vita: ⁊ illa cā ita bene fuiſſet in ſtatu inocētie ſicut
nunc: qꝛ cū innocentia ſtat ꝯpoſitio corpis ex ꝯtra
rijs: qꝛ in ſtatu innocētie nō fuit hō angelus: neq̄
poſſet dici ꝙ fuit tūc imortale ꝓpter ꝓportionem
humoꝝ: ⁊ ꝙ ſic fuiſſet ablata qualitas ꝯria actiua
vel forma elemētaris q̄tū ad gradū intēſum ſʒ po
nētes elemēta manere i corpe: qꝛ qō ē maxie ꝓpor
tionabile aie itellectiue ē mag̃ corruptibile ab itra
q̄ minime ꝓportionabile: quia minera minime ē
corruptibilis ab itra: ⁊ ſi maxie ipꝛoportionabile
anime igitur a cauſa intrinſeca fuiſſet corpus cor-
ruptibilē tunc ſicut nunc: et ſi aliquantulum / tunc
potuiſſet diutius manſiſſe. Et dupliciter fuiſſet cor
ruptibile ad intra ſicut modo: vno modo / quia

pars organica agit in partē aliā et ab ea reparatur ¶ Alio mō / qꝛ in quacunqꝫ parte calor naturalis agit in humidū radicale: ⁊ ſic ꝑ accidens ꝯſumit ſe ꝑ exalationē / ſicut ignis in lichino: tñ ſcḋm ponentes ꝙ agens ⁊ patiens ſeparant̃ ſubiecto nō eſt facile quō forma pōt agere in ſuū ſubiectū. melior tñ modo quo pōt ſaluari: dictū cōe videt̃ eſſe ponendū ꝙ ps hꝫ certū ꝑiodū ⁊ q̄diu pōt agere et reſiſtere corrūpēti dicit̃ ps ſm ſpeciē. Poſtea cū i agēdo tñ debilitat̃ ꝙ nō pōt vlteriꝰ agere: ſed incipit fluere dicit̃ ps ſm materiā: et ſic ſi prius ſunt ſecūdum formam. poſtea dicuntur ſecūdum materiam illa igitur que eſt prima cauſa corruptionis in nobis poſt lapſum fuiſſet in ſtatu innocentie. ¶ Aliqui tamen dicūt ꝙ illa cā non fuiſſet tūc: qꝛ vt habetur Geñ. iii. qñ deus expulit adā de ꝑadiſo dixit ne forte ſumat de ligno vite ⁊ viuat ieternū. igit̃ ꝑ lignū vite potuiſſet fuiſſe reſtauratio illiꝰ ꝑditiōis q̄ fit ꝑ actionē calidi naturalis in humidū radicale ¶ Cōtra: nutrimentū qḋ ꝯuertit̃ in pꝛīcipio eſt diſſimile / ⁊ in fine ſimile: primo de gñatione. principiū illud actiuū ꝯuertēs nutrimentū ſumptū de ligno vite fuiſſet agēs phiſicū. igit̃ i agēdo fuiſſet debilitatū: igitur nō potuit reſtaurare puriꝰ q̄ fuerit actiuū in inſtāti reſtauratiōis. igit̃ fuiſſet debiliꝰ in ſumēdo de ligno vite: ⁊ tandē ſequitur mors / ſicut vult phs primo de gñatione de vino limphato ꝙ tandē ſequit̃ corruptio / tandem ſequit̃ mors. Dico igitur ꝙ quilibet potuiſſet mori: tñ quilibet fuiſſet tranſlatꝰ anteq̄ virtꝰ ſua fuiſſet iproportionabilit̃ debilitata ad hoc ꝙ aīa eēt i corꝑe: ⁊ illa trāſlatio fuiſſet iuſta: ita ꝙ nō ſimul fuiſſent trāſlati oēs: ſed ſucceſſiue. qꝛ ſi oēs ſtetiſſent vſqꝫ ad vltimū hoīez trāſferēdū / tūc primꝰ poſſet eq̄lit̃ mereri ſi ꝯtinue mereret̃ q̄diu viueret ſemꝑ regularit̃ prior eēt beatior. Cōtrariū eſt manifeſtū / qꝛ adhuc beata virgo nō fuiſſet prima mulier / et tñ fuiſſet beatior q̄ aliq̄ alia. Si aūt primꝰ hō meruiſſet ad certū terminū et nichil vltra / ſed in illo ſtaret expectādo vltimū tranſferendū nō feciſſet ſibi deus iuſticiā cum mia qꝛ cū quis plene meruit gradū beatitudinis quem dꝫ habere nō eēt iuſticia / qḋ ꝑ momentū careret illo. Sic igit̃ ſtant ſimul ꝙ nullꝰ fuiſſet mortuus: et tñ quilibet potuiſſet mori. ¶ De cā ſecunda corruptionis intrinſece: ſcꝫ de habūdantia alimēti accepti vel carentia / dico ꝙ ſtante inocētia in ꝑticulari poſſet mors accidiſſe innocēti manēti i innocentia: qꝛ paruuli tūc nō habuiſſent vſum mēbroꝝ et ſine alimēto nō diu māſiſſent. igit̃ ſi aliꝰ nō dediſſet eis alimētū q̄ꝙ ille peccaret: alij tñ morerētur fame ſtante innocētia: ⁊ eodē mō adultus. Si aliꝰ guloſus vi rapuiſſet cibum ſuum ⁊ comediſſet ⁊ ſimul plus nocuiſſet acceptū tūc ſicut nūc: ſꝫ ſtāte innocētia in vlī nō fuiſſet aliquis mortuꝰ ex illa cā: qꝛ ſi adulti nō darēt ꝑuulis ipſi nō eſſent innocentes Similit̃ comedēs plus q̄ ſufficeret peccaſſet De tertia cā corruptiōis in nobis q̄ eſt diſpoſitio ꝯtinentia: dico vt prius q̄tū ad aliquid: qꝛ ſi quis poſuiſſet aliquē in ignē fuiſſet ꝯbuſtꝰ tūc ſicut nūc. ſꝫ ſtāte innocētia in vlī nullus potuiſſet ſe nec alterum ponere in ignē / nec etiā in aquā q̄ corrūpit ſimilit̃ quia ꝓhibet reſpirationē: imo maiores cuſtodiuiſſent ꝑuulos donec ſcirēt ſe cuſtodire. ¶ Tertiū eſt ꝯtinens / vt aer q̄ nō ita ſenſibiliter corrūpit illō nō multū nocuiſſet: qꝛ ipſi fuiſſent tūc i optima regione vbi aer ē maxie tēperatꝰ. aut quarto corruptio ab extrīſeco ꝑ violētiā vt a beſtia nō fuiſſet aliquis corruptus: qꝛ nulla fuiſſet tunc nocēs: ſꝫ malꝰ angelus potuiſſet ſed nō fuiſſet ꝑmiſſus ſicut nūc poſſet et nō ꝑmittit̃ oēs corrūpere q̄s vellet: neqꝫ fuiſſet corruptꝰ ab alio hoīe ſtāte inocētia i vlī hn̄ tñ potuiſſet ſtāte inocētia i ꝑticulari i moriēte / qꝛ bonꝰ pat̃ potuiſſet gñaſſe malū filiū. ſed deꝰ nō ꝑmiſiſſꝫ talē malū innocētē iterficere: qꝛ vel malū ab habitatione bonoꝝ expuliſſet: ſicut fecit adā de ꝑadiſo vel ſi non ſimul ſtetiſſet ꝓſeruaſſet bonum a malo. ¶ Ad primū pꝛīcipale dico: ꝙ corpꝰ illō accepiſſet nutrimētū / et totū potuiſſet fuiſſe corruptum ſicut ps: ſꝫ paꝰ fuiſſet trāſlatū nec etiā opꝫ ꝙ qñ ps ⁊ totū ſūt eiuſdē rōnis: ſi totū ſit corruptibile ſꝫ ꝑtes: igit̃ ſm totū. qꝛ elemēta ſunt corruptibilia ſꝫ ꝑtes et nō ſm totū: qꝛ qñ ex vna ꝑte corrūpit̃ ignis / ex alia ꝑte gñat̃. ¶ Ad aliō ꝯcedo: ꝙ ab eadē virtute actiua a qua pōt q̄d ꝓduci / pōt corrūpi: nō tñ fuiſſet tūc corruptū. ¶ Ad aliud dico: ꝙ nō fuit aliqua violentia ꝑtiū in toto / nec q̄litatū / qꝛ licet aliquid poſſet dici violenter ꝑti ſm ſe ꝯſideratū / hoc nō ē violentū abſolute: qꝛ q̄libet ps magis naturalit̃ ē in toto q̄ i eē ſeꝑato / ⁊ ꝙ ꝑtes ſic ſint in toto ē naturale toti / licet nō ꝑti ſm ſe ꝯſiderate. ¶ Ad aliō ad oppoſitū dico / ꝙ de facto ita eſt ꝙ mors intrauit ꝑ pctm̄ / ꝓfuit tñ potentia. ¶ Ad rōnes prime opinionis cū dicit̃ pena nō fuiſſet ante culpā: dico ꝙ tūc mors nō fuiſſet pena: qꝛ ꝯditio naturalis rei nō dicit̃ pena. Nō enī morit̃ ouis i penā alicuiꝰ malefacti. iō pena ſolū dicit̃ ꝓprie aliq̄d iflictū ad puniendū in vindictā malefacti. vnde vult Augu. iii. de libe. arbi. et ſi deꝰ feciſſet hoīem in miſeria adhuc fuiſſet laudādꝰ / nō enī fuiſſet vituperādꝰ eo ꝙ nō feciſſet ſibi iniuriā. ¶ Diſtinctio. xx. ¶ Qō. i.

VTrū filii i ſtatu innocētie ſtati fuiſſent ꝯfirmati i iuſticia. Qꝫ ſic. Anſelmus. Cur deꝰ hō primo libro. ca. xviii. Si primꝰ hō viciſſet primā tētationē / ipe cū tota ꝓpagine vel ꝓgenie fuiſſet ꝯfirmatꝰ i iuſticia ¶ Itē: in ſtatu innocētie nō potuiſſet aliq̄s gñare aliquē finalit̃ dānādū. igit̃ / nec aliquē q̄ poſſet peccaſſe. ꝯñs pꝫ ſm Greg. iiii. moꝛa. Si parētū primū pctm̄ nō corrupiſſet: ignis iehēne poſteritati nō nocuiſſet. ꝯña pꝫ: qꝛ qua rōne poſſet peccare / poſſꝫ in pctō ꝑſeuerare. ¶ Itē: ſcḋm Dionyſiū. iiii. c. de di. no. Bonū eſt potētiꝰ q̄ malū: ſꝫ maluꝫ primi hoīs fuit ſufficiēter cā demeritoria toti poſteritati. igit̃ bonum fuit ſufficienter cauſa meritoria omnium poſteriorum. Et confirmatur per Ariſtotelem. vi. Topi. Si propoſitū eſt cā ꝓpoſiti: ⁊ oppoſitū ē cā oppoſiti. ¶ Oppoſitū: fuiſſent viatores q̄ꝙ patrē

habuiſſent innocentē. igiꝉ ipſi potuiſſent peccare.
¶ Dico ad q̄ſtionē ꝙ ꝯfirmat⁹ pōt dici dupliciꝉ: vꝉ
q2 nūꝗ̄ pōt peccare ſicut bti in patria / vel q2 nūꝗ̄
peccabit ꝗ̄ꝙ poſſet peccare: ſicut viatores q̄ nūꝗ̄
peccauerūt. ¶ Aliq̄ erāt ꝯfirmati vt ſctificati ī vte
ro: potuerūt tñ aliꝉ peccare ꝗ̄ꝙ poſſet nūc michael
vel petr⁹: et foꝛte oēs peccauerūt / ſaltē venialiter
lꝫ aliq̄ nūꝗ̄ moꝛtaliꝉ ſm illō Joh. Si dicim⁹ q̄m
pctm̄ nō habem⁹ noſipos ſeducim⁹ / et veritas in
nobis nō eſt. Primo mō ꝙ aliq̄s ſit ꝯfirmat⁹ ꝙ nul
lo mō poſſit peccare: et ꝙ ſit tm̄ viatoꝛ oppoſitū ī
adiecto. Chriſt⁹ em̄ nō ſolū fuit viatoꝛ. Scḋo mō
poſſet mere viatoꝛ eē ꝯfirmat⁹ / ſaltē ꝙ nūꝗ̄ pecca=
ret moꝛtaliꝉ. Nō aūt primo mō poſſet aliq̄s eē ꝯfir
mat⁹ niſi haberet obiectū p̄ſens ī q̄ eſt plenitudo
ois boni. ſed ſic eſt īpoſſibile: ꝙ ois volūtas viato
ris vel ītellect⁹ hēat obꝫ btificū p̄ſens bonū / tñ de
filijs ꝓcreatꝭ ī ſtatu īnocētie / dico ꝙ nec ſic fuiſſēt
ſtatim confirmati quin poſtea poſſent peccare / et
foꝛte peccarent de facto: quia ſicut deus dediſſet
iuſticiam primo patri ſi ſtetiſſet in prima tentatio=
ne / ita regulariter habuiſſent filij a deo īmediate
ſi vicerēt primā tentationē. Sicut igiꝉ de⁹ dediſſꝫ
iuſticiam patri pro filio ſi ſtetiſſet et ante primam
tētationem nō dedit. ſic eſto ꝙ paꝉ cōſeruaſſet in=
nocentiā in prima tētatione / de⁹ regulariter daret
filio / ſi ipſe viciſſet primā tētationē. et ſic ītelligiꝉ
dictū anſelmi ꝙ de⁹ dediſſet patri iuſticiā ꝓ tota ꝓ
le ſi nō poſuiſſet obicē: et deinde filio ſi non poſuiſ
ſet obicē. ¶ Dicit: fuiſſet ne adā cā meritoꝛia reſpe
ctu iuſticie collate poſteritati. Dico ꝙ nō opꝫ hoc
ponere: q2 ſicut poſſet dari iuſticia ade ſine cā me
ritoꝛia p̄cedēte ſic potuit dari filio ade ſi adā con=
ſeruaſſet innocentiā abſqꝫ oi cā meritoꝛia p̄cedēte
nec fuiſſet fili⁹ ade ſtati ꝯfirmat⁹ eſto ꝙ adā ſtetiſ=
ſet. q2 adhuc nō habuiſſet filius ꝑfecti⁹ iuſticiā oꝛi=
ginalē ꝗ̄ꝙ habuit paꝉ añ tētationē: et tñ paꝉ nō ſolū
potuit peccare īmo fecit. igiꝉ nō fuiſſent filij ꝯfir=
mati añ primā tētationē eoꝝ magis ꝗ̄ꝙ fuit paꝉ āte
ſuā. q2 ſi nullū meritū fuiſſet p̄cedēs reſpectu iuſti=
cie collate ꝓli / nō plus īpediuiſſet illa iuſticia illū
poſſe peccare ꝗ̄ꝙ fecit patrē: vel eſto ꝙ adā meruiſ=
ſet iuſticiā filio ſuo / adhuc potuiſſet filius peccare
ſicut mō poſſunt poſt baptiſmū: q2 adā nō tm̄ me=
ruiſſet filijs ſuis / ſicut mō xp̄s meruit q̄ fuit ſecun=
dus adā. Sed xp̄s nō tm̄ meruit ꝙ nos ſim⁹ ſtatim
cōfirmati poſt baptiſmū. igiꝉ nec adā meruiſſet fi=
lio ſuo eſto ꝙ nō peccaſſet: bñ tñ fuiſſet habituat⁹
tūc ꝑ meritū patris et ꝑ infoꝛmationē cū nō habu
iſſet occaſionē vidēdo aliquē pri⁹ peccaſſe. ¶ Ad
p̄mū principale dico: ꝙ ſi adā viciſſet tētationē ip
ſe fuiſſet ꝯfirmat⁹ ꝙ poſtea nō peccaſſet: ſed nō ꝙ
nō potuiſſꝫ ꝗ̄du fuit viatoꝛ: ꝛ ſic fuiſſet ꝯfirmat⁹ ꝓ
tota ꝓgenie: ꝙ ſi filij viciſſent p̄mā tētationē fuiſ=
ſēt ꝯfirmati nō aūt pri⁹ ſic nec prꝉ. ¶ Ad aliō ꝯcedo
ꝙ in ſtatu īnocētie null⁹ genuiſſet filiū dānandū ſi
gñans p̄us viciſſet neqꝫ fuiſſent tūc nati dānandi.
¶ Ad aliō ꝯcedo ꝙ in rōne cauſe potēti⁹ ē bonum
ꝗ̄ꝙ malū: tñ aliqñ pluribus pōt vnū malū nocere ꝗ̄ꝙ
vnū bonū ꝓdeſſe. Nūc aūt eſto ꝙ adā ſtetiſſet bo=

nū ſuū nō fuiſſet cā meritoꝛia boni filij. vel pōt di=
ci ꝙ ſicut malū ade fuit diſpoſitiuū ad dānationeꝫ
et nō neceſſitās: q2 tunc ꝑ illud malū fuiſſent oīs
poſterioꝛes obſtinati: ſicut bonū ſi ſtetiſſet fuiſſet
diſpoſitiuum ad ſalutem filioꝛum non tamen cau=
ſa neceſſitans. ¶ Ad aliud dico: ꝙ illa regula phi=
loſophi habet inſtantiam vtr. Si ꝓpoſitū ē cā ꝓ
poſiti / et oppoſitū cā oppoſiti q̄ñ vnū oppoſitoꝝ
pōt ꝓduci vniuoce / ꝛ aliud tm̄ equioce: ſicut pꝫ de
qualitate coꝛruptibili ꝛ incoꝛruptibili: q2 qualitas
incoꝛruptibilis ꝓduciꝉ equioce: qualitas vero coꝛ=
ruptibilis ab agente vniuoce nunc non valet. Si
qualitas coꝛruptibilis pōt cauſare qualitatē coꝛru
ptilē: igitur coꝛruptibilis icoꝛruptibilē. ¶ Q̄ō. ij.

SEcundo q̄ritur vtꝝ
in ſtatu innocentie fuiſſent ſolū
illi generati q̄ modo ſunt electi
Q̄ꝙ nō. ꝓbo: q2 multi filij repꝛo
boꝛū ſunt ſcti. vt filij paganoꝝ.
et de ſctō Martino legiꝉ ꝙ ma
trē ꝯuertit: ꝛ patrē dimiſit in in
fidelitate. Sed idē filij fuiſſent ex eiſdē parētibus
et illi parētes q̄ mō ſunt dānati nō fuiſſent ſaluati:
et ſi adā nō peccaſſet: igiꝉ nō ſolū illi q̄ mō ſunt ele
cti fuiſſent geniti in ſtatu innocentie. ¶ Itē: tūc fu=
iſſent mares ꝛ femine in numero eq̄li: lꝫ nō eſt ne=
ceſſe ꝙ nūc in nūero equali ſint mares electi ꝛ fe=
mine. igitur non ſoli q̄ nūc ſunt electi fuiſſent tunc.
maioꝛ pꝫ. q2 tūc fuiſſent electi ꝓducti ꝑ ꝓpagatio
nē: ꝛ q̄libꝫ īpleſſꝫ hoc p̄ceptū / creſcite ꝛ multiplica
mini: et null⁹ fuiſſet ꝯiunct⁹ cū aliq̄ niſi in linea late
rali. q2 ꝯtra le. nature fuit copulari adinuicē aliq̄s
de linea aſcēdente ꝛ deſcēdēte: iō adā ſi eſſet nunc
nō inueniret mulierē cū qua poſſet ꝯhere / nec fuiſ
ſet tūc bigamia: q2 nec nūc eſt laudabile: et tūc fuit
ꝯ legē nature. nec ꝓpꝉ hoc ꝙ mas viueret vltra fe
mellā eēt neceſſe ꝙ caperet aliam / q2 ipa poſſet vi
xiſſe q̄uſqꝫ mas expleſſet actū gñatiōis. minoꝛ pꝫ.
q2 ꝑ rōnes nō pōt ꝓbari ꝙ nūc eq̄les mares ſalua
ti et femelle: ſed ſol⁹ de⁹ nouit. ¶ Oppoſitū: Gre.
vbi ſupra. ſi primū parētū pctm̄ nō veniſſet / poſte
ritas dānata nō fuiſſet: et ſoli illi electi nati fuiſſēt
q̄ ꝑ redēptoꝛē erāt ſaluandi: nec pōt gloſari ꝙ ītel
ligit: q2 tot vt aliq̄ ſuſtinent: q2 dicūt ꝙ ſolū illi idē
q̄ nūc ſunt ſaluādi fuiſſent tūc nati. ¶ Dico ad q̄ſti
onē ꝙ ſic ꝓpꝉ hāc auctoꝛitatē. ꝛ rō ad hoc ē: q2 ois
oꝛdinate volēs poſt finē vult īmediate qḋ ē īmedia
tū fini: ſꝫ de⁹ eſt oꝛdinatiſſime volēs / et īmediate
poſt dilectionē ſui vult btitudinē illis q̄ eā hēbunt
ita ꝙ primo vult btitudinē ſuā ſibi ꝛ q̄ſi ī ſcḋo īſtā=
ti vult cuilꝫ btitudinē q̄ eā hēbit: ꝛ poſteri⁹ vult qḋ
cunqꝫ qḋ ē ad hoc oꝛdinatū / ſcꝫ gratiā: et talē mo=
dū accipiēdi eē et ꝯſimilia. igiꝉ electio determiata ē
in ſcḋo inſtāti ꝗ̄ꝙ tūcūqꝫ elect⁹ debeat illo mō gñā=
ri / vt ab illo vel ab iſto. iō nō opꝫ gaudere de lapſu
angeloꝛum: q2 nō ꝓpꝉ lapſum angeli ſunt hoīes re
ſtituēdi: q2 et ſi angeli ſtetiſſent tot et idē ſicut nūc
ꝛ illi idē q̄ nūc fuiſſent oēs ſaluati: q2 totū quod fit
circa electos eſt prius natura cōpletum ꝗ̄ꝙ aliquid

ſiat circa reprobos. Dicit ſi medic⁹ primo amat ſe ſecundo amat illi ſanitatẽ. Tertio: vult ſibi medicinã ſi determinate velit ſibi ſanitatẽ. ⁊ nõ poteſt ꝑ aliõ mediũ niſi ꝑ medicinã determinate iſtũ ſaluari: ⁊ nõ poteſt eẽ niſi ab hoc parẽte. igit̃ determinate vult iſtũ parentẽ eẽ. Dico ꝙ ſi nichil ſubſtãtie filij ſit de ſubſtãtia pris / ſed tm̃ de mẽſtruo / vt vult phs. ij. õ ge. aial̃. tũc idẽ fili⁹ nũero potuiſſet fuiſſe hui⁹ patris et illi⁹: et tũc q̃ nũc eſt fili⁹ pagani idẽ numero fuiſſet fili⁹ alicuius ꝑdeſtinati. Nec etiam opȝ ꝙ idẽ filius nũero ſit ex iſta matre q̄ꝙ̄ habeat corp⁹ ex matre / ſicut ſemẽ ex maſculo / qꝛ idem nutrimentũ numero ex quo fit mẽſtruũ in hac matre et ſemẽ in hoc patre potuiſſet fuiſſe ſub alia forma nutrimẽti: ita ꝙ materia nutrimẽti nũc fuiſſet in ꝑadiſo ſub forma pomi et fuiſſet idẽ fili⁹ numero. ❡ Contra: effectus põt variari nũero ſi non ſit idem efficiẽs / ſicut ſi non ſit eadẽ materia. Dico ꝙ hoc nõ eſt neceſſe / nõ eñ req̃ritur idẽ agẽs numero / eſto ꝙ paſſũ ſit omĩ eodẽ mõ diſpoſitũ: qꝛ ille idẽ ignis nũero q̃ gñat̃ i hoc ꝯbuſtibili ex igne generaret̃ ex alio igne nũero eiuſdẽ virtutis: ita ꝙ ſi ſit eadẽ materia nũero ceteris parib⁹ / ſiue ſit idez generãs nũero: ſiue aliud idẽ erit effect⁹. ex hoc videtur ꝙ opȝ ꝯcedere eundẽ ignẽ nũero q̄tũ ad aliquid ſui poſſet redire ꝑ naturã. Per iſta pȝ ad primũ principale ꝙ multi q̃ nũc ſunt ex patrib⁹ dãnatis fuiſſent tũc ex ꝑdeſtinatis. tñ / qꝛ aliqua femina plus gaudebit de ſtatu ſuo q̄ꝙ ſi eẽt vir vt beata virgo. non autem alie regulariter.

❡ Diſtinctio. xxj. ❡ Queſtio prima.

Circa diſtinctionẽ

xxj. queritur primo vtrũ ꝑmũ peccm̃ primi hoĩs potuit fuiſſe pccm̃ veniale. Qꝫ ſic. Rectitudini inocẽtie magis repugnat mortale q̄ꝙ veniale. igitur ſi primũ potuit fuiſſe mortale / multofortius potuit fuiſſe veniale. ❡ Itẽ: ab extremo in extremũ fit trãſit⁹ ꝑ mediũ. j. phi. Sȝ peccm̃ veniale ẽ mediũ inter mortale ⁊ iuſticiã. igit̃ ꝑus peccauit venialit̃. ❡ Oppoſitũ. Oẽ peccm̃ eſt ꝫ rectitudinẽ rõnis ⁊ volũtatis / alit̃ nõ eẽt peccm̃. Sȝ oẽ primũ peccm̃ ꝑmi hoĩs neceſſario corrupiſſet rectitudinẽ rõnis ⁊ volũtatis: tale nõ potuit eẽ niſi mortale. igit̃. ⁊c̃. ❡ Itẽ: oĩ pctõ debet̃ aliqua pena: ſed q̄ꝙdiu adã nõ peccaſſet mortalit̃ fuiſſet ĩmortalis / et tãdiu fuit immunis a pena. igit̃ primũ peccm̃ neceſſario fuit mortale. ❡ Dicit̃ ad q̄ſtionẽ ꝙ primũ peccatũ ade nõ potuit fuiſſe veniale: qꝛ veniale nõ potuit corrũpere illã iuſticiã: qꝛ nihil niſi mortale ſimplicit̃ auertit: neqȝ potuit ſtare cũ iuſticia originali peccm̃ veniale: qꝛ tũc poſſet ſtare cum beatitudine. ❡ Itẽ: deordinatio viriũ iferiorꝝ nõ põt ſtare cũ ſũma ordinatione viriũ ſuꝑiorꝝ: ſed peccm̃ veniale fit in virib⁹ iferiorib⁹. igit̃ nõ põt fieri ſtãte ſuperiori portiõe i ſumma rectitudine. Sȝ oĩs deordinatio in ſuprema portione eſt peccm̃ mortale. ❡ Contra: nõ ꝑfecti⁹ ꝯiungebat iuſticia origĩalis ꝑmũ hoĩem vltimo fini q̄ꝙ gratia gratũ faciens alicui⁹ viator⁹ vt btẽ virginis / vel petri. Sed nõ obſtante cõiunctione cuiuſcũqȝ viatoris q̃ eſt mere viator / adhuc põt ſtare ꝙ venialiter peccet / vt vult Aug. ſuper illud Iob. Si dixerim⁹ q̄m peccm̃ nõ habemus. ⁊c̃. igitur ſtãte iuſticia originali ade potuit ĩpe peccare venialit̃. ❡ Itẽ: ſuppoſito ꝙ aliquis poſſet act⁹ eſſe ex gñe peccm̃ veniale / qꝛ ſaltem hoc aliq̃ admittunt: ſic potuit adã peccaſſe ſtante iuſticia originali / nec ꝓpter hoc fuiſſet extra innocentiã: qꝛ q̄ꝙ̄ poſſet habere cõſiliũ ad non faciendũ talẽ actũ: tamen nõ habebat ꝑceptũ ꝯriũ. De⁹ eñ nõ precepit ꝙ ſemꝑ ſimplicit̃ meli⁹ ſit neceſſario faciendũ. ſic eñ ad nimis difficile obligaſſet viatorẽ. igit̃ ꝑmũ peccm̃ potuit fuiſſe veniale. ❡ Dico igit̃ ad q̄ſtionẽ ꝙ ſic: ⁊ ꝑmitto ꝙ peccm̃ veniale eſt act⁹ hñs aliquã deordinationẽ / ſȝ nõ ſimplicit̃. Et ſicut põt eẽ deordinatio circa finẽ / ⁊ circa ea q̃ ſunt ad finẽ: ſic circa vtraqȝ põt eẽ deordinatio mortalis ⁊ venialis et nõ diſtinguũtur mortale ⁊ veniale i hoc ꝙ mortale eſt circa finẽ / et veniale circa ea q̃ ſunt ad finẽ qꝛ circa vtraqȝ põt eẽ veniale ⁊ mortale: ſȝ diſtinguũtur in hoc ꝙ eſt eẽ ꝫ ꝑcepta et nõ ꝯtra ꝑcepta et primũ eſt mortale. Scđa deordinatio eſt venialis q̃ põt indifferẽter eſſe circa finẽ / ſicut circa ea q̃ ſunt ad finẽ: ⁊ ſi nõ ita regularit̃ accidat. vñ adã potuiſſet peccaſſe venialit̃ / primo / ſcđo / tertio / et adhuc ſtetiſſe in iuſticia originali. vñ nõ facere ea q̃ iudicãt̃ a recta rõne eẽ expediẽtia ad beatitudinem: vel facere retardãtiã nõ ſimplicit̃ / ſȝ q̄tũ ad aliq̃d eſt peccm̃ veniale: ⁊ nõ obligabat̃ adã ad ꝯriũ in ſtatu innocẽtie. ❡ Ad primũ ꝓ oppoſita opinione dico ꝙ peccm̃ põt ſtare cũ iuſticia originali: ⁊ cũ dicit̃ cũ ſumma rectitudĩe nõ põt ſtare aliqua obliq̃tas. Dico ꝙ cũ ſumma rectitudine habituali ⁊ intenſiſſima viatoris mere põt ſtare aliqua obliquitas nõ ſimplicit̃ / ſed aliqualiter retardatiua vel nõ expeditiua: immo cum ſumma rectitudine actuali / hoc eſt cum actu elicito meritorio quaſi intenſiſſime in viatore poteſt ſtare forte aliq̃d peccatum veniale / ſicut cũ actu valde meritorio elicito põt ſtare aliq̃ ꝑua vana gloria / ⁊ frequẽter ꝯuenit: ſicut cũ certa ſcientia ꝯcluſionis demõſtratiue põt ſtare heſitatio de eo q̃d nõ ꝑtinet ad cõcluſionẽ. Et cũ dicitur igit̃ poſſet ſtare cũ beatitudine peccm̃ veniale / dico ꝙ nõ / qꝛ ꝯprehẽſor actu hñs btitudinẽ hȝ ꝑceptũ de ſemꝑ frui. ⁊ iõ ſibi eſſet mortale: ſi poſſet peccare q̃d eſt veniale viatori. Deus enim noluit obligare viatorẽ ꝙ ſi ſemel hr̃et actũ itẽſũ de deo ꝙ ſẽꝑ i illo eq̃ ꝑſeueraret. Sic tñ tenet̃ q̃lȝ cõprehenſor: iõ cũ ſũma rectitudine viatoris põt ſtare peccm̃ veniale. ❡ Ad aliũ: eſto ꝙ aſſumptũ ſit verũ ꝙ nõ poſſit eẽ deordinatio in ſenſu / vel virib⁹ inferioribus niſi ſit aliqua deordinatio i portiõe ſuꝑiori: adhuc nõ ſeq̃tur q̃n ſtante iuſticia originali poſſit peccare venialiter: qꝛ non q̃libet deordinatio in ſuperiori portione rationis eſt peccatũ mortale: nõ eñ diſtinguũtur veniale ⁊ mortale ſolũ in hoc ꝙ mortale eſt tm̃ in ſuperiori portiõe. veniale in iferiori: ſed qꝛ peccatum circa eterna non poteſt eſſe niſi in

ſup̄iori portione:⁊ licet frequenter deordinatio in ſuperiori portione ſit pctm̄ mortale nō tñ ſp̄ poſſit eīn eſſe motus leuis ⁊ ſubitus / deū non eē trinū et vnū:⁊ heſitatio ſubita de tali articulo fidei et nū-ꝙ poſſet fieri niſi in ſup̄iori portione. ⁊c. et tñ illud non habet ratonē pcti mortalis. ¶ Ad primā rō-nē ad oppoſitū pꝫ ꝑ dicta ꝙ veniale nō eſt ꝯ recti-tudinē rōnis ſimplicit̄:ſed ſolū ſcdꝫ quid. nec opor tet pmū peccatū ade corrūpere iuſticiā originalem ¶ Ad aliud pōt dici / ꝙ pctō veniali ꝑ ſe loquendo nō debet̄ aliqua pena ſꝫ feruor i aliquo bono actu qui alias non eſſet debitus:⁊ iō ſi peccaſſet decies venialiter adhuc poſſet ſine pena cū feruorē in bo no actu illud pctm̄ delere / vel eſto ꝙ pena debeat̄ pro oīm pctō / nō tñ fuiſſet mors pena debita ꝓ ve niali / ſed ſolū ꝓ mortali:iō ſtante innocētia potu-iſſet aliqua pena alia ꝙ̄ mors ſibi infligi vt diſci-plina / vel aliqua alia pena ſufficiens.

¶ Diſtinctio.xxij. ¶ Queſtio prima.

CIrca diſtinctionē xxij. q̄rit̄ pmo vtrū pctm̄ ade fuiſſet grauiſſimum pctm̄. Et ſic. qꝛ ſcdm̄ Augu. i enchiridiō. i rōne eſt pctm̄ qꝛ adimit bonū ſed hoc pctm̄ adimit maximū bonū qꝛ a tota poſteritate igit̄ grauiſſimū fuit. ¶ Itē:ſcdm̄ iuſticiā pena cōdigna debet̄ delicto:qꝛ q̄tū glīficauit ſe ⁊ in delicijs fuit tm̄ date ei tormētū ⁊ luctū. ⁊c. Sꝫ iſti culpe debet̄ maxia pena / vt pꝫ ſibi ⁊ toti poſteritati. igitur hec culpa fuit maxima. ¶ Itē:ſup̄ illud pſal. q̄ non ra-pui tūc exoluebā. Dicit Aug. ꝙ adā voluit rapere equalitatē dei / hoc aūt eſt maximum pctm̄:qꝛ hoc fuit pctm̄ angelorꝫ. ¶ Oppoſitū eīn ſup̄ Gen̄. dicit ꝙ adā peccauit ex quadā ꝯdeſcētia ⁊ ponit̄ in litte-ra / vt offēdit̄ deꝰ / ne offendat̄ ꝓximus / ne mulier moreret̄ pre dolore ſi ſibi nō conſenſiſſet. Sꝫ illud pctm̄ nō fuit grauiſſimū / qꝛ diligere mulierē ſuam nō fuit malū ex gn̄e:igit̄ nimis diligere nō potuit fuiſſe pctm̄ grauiſſimū. ¶ Ad q̄ſtionē dico primo / qd̄ fuit pctm̄ pmū ade / priꝰ dictū ꝙ actꝰ volūtatis potuit eē nolle et velle / ⁊ pmꝰ actꝰ nō pōt eē nolle Similit̄ dictū eſt ꝙ velle eſt duplex / amicicie ⁊ cō-cupiſcētie:⁊ pꝰus eſt velle amicicie ꝙ̄ concupiſcētie Sicut igitur pmum pctm̄ angeli fuit in actu velle amicicie:vt videt̄ per Aug. xiiij. de ci. dei. tñ non ſi milit̄ velle amicicie fuit pctm̄ hoīs ⁊ angeli. qꝛ hō nō pmo intellexit ſe / qꝛ ītellectionē accepit ex ſen ſibilibus. Angelꝰ vero prius ītellexit ſe ꝙ̄ aliam creaturā:qꝛ illud fuit ſibi pꝰ intelligibile / nō ſic au tem hō. iō ſic pmū pctm̄ angeli fuit diligendo ſe ī-moderate amore amicicie / ſic pmū pctm̄ ade fuit diligendo īmoderate mulierē amore amicicie / nō ad pctm̄ carnis vel amore libidinis:qꝛ illud pecca tum nōdū fuit / nec talis appetitꝰ īordinatꝰ: ſꝫ ſolū placēdo ꝯ legē dei / et ſic pōt eſſe pctm̄ inter hoīes nō cogitādo aliq̄d turpe carnis. ſed in placendo ſi-bi ꝙꝙ̄ ſit ꝯ legē dei / illud igit̄ fuit primū peccatū ade primo īmoderate diligendo mulierē ſicut poſ

S

pter hoc dicere ꝙ actus non differunt ſpecie: q꞉ ſe=
cundum illam opinionē que ponit ꝙ fantaſma eſt
immediata cauſa intellectionis et volitionis ime=
diatione cauſe: licet immediatius cauſet vnum ef=
fectum q̄ꝙ alium. et tunc fantaſma continet virtua=
liter actiones diuerſas ſpecie in diuerſis potētijs:
ita voluntas: licꝫ eſſet tota cauſa fruitionis poſſet
habere diuerſas volitiones ſpecie virtualiter agē
do circa diuerſa obiecta. ſiue igitur ꝑ ſe cauſa frui=
tiōis actiua ſit vna et plures formalit꞉ / poteſt ſuſti=
neri ꝙ fruitiones differant ſpecie ⁊ in via ⁊ in pa /
tria. ¶ Secunda bonitas in actu eſt moralis: et di
cit꞉ talis vnde eſt vituperabilis vel laudabilis. hec
autem eſt a cauſa efficiēte libere. et ibi eſt bonitas
triplex. Primo bonitas moris in actu eſt bonitas
ex genere poſt bonitatem ab efficiente: et iſtam
habet ex obiecto: q꞉ ſi tranſit ſuper tale obiectum
circa quod natus eſt eſſe bonus act⁹ ex genere / po

teſt dici actus bonus ex genere. Et iſta bonitas po
teſt dici materialis in genere moris. et iſta habet
vniuerſaliorem bonitatem ex circunſtantijs. et ta=
lis bōitas ſe habet ſicut pulchritudo ad corp⁹. Pul
chritudo enim in corpore non eſt ex vna qualitate
tantum: ſed ex proportione multarum adinuicem
et ad ſubiectum in quo ſunt: ita ꝙ talis ſit ibi: et ta
lis ibi. Pulchritudo igitur nichil vnum abſolutum
eſt in corpore / ſicut nec ſanitas: ſed requirit conue
nientiam vel proportionem humorum: et ideo ex=
ceſſus vnius cauſat infirmitatem: ⁊ cum iterum re=
ducitur redit ſanitas: ideo ad talia non eſt motus
per ſc. vij. Phiſicorum. Bonitas igitur moralis cō
pleta eſt ex correſpondentia ad rationem rectam
ſecundum omnes circunſtātias: et prima bonitas
ex circunſtantia eſt ex fine ꝙ actus ſit circa talem
finem: ⁊ ꝙ finis recte intendatur circa quod nat⁹
eſt eſſe bonus actus. Secunda bonitas eſt ex mo=
do videlicꝫ ꝙ agēs habeat modū ꝯueniētē tali agē
ti. Mod⁹ cm̄ q̇ ꝯuenit nobiliori nō cōpetit nobili.
Tū ꝑma bonitas ſimplr̄ ī actu morali eſt a cauſa
efficiente. Secunda ex obiecto que eſt bonitas ex
genere. deinde bonitas ex circūſtātia finis. Quar
ta bonitas ex modo: ſed completa ex omnib⁹ cir=
cunſtantijs. Tertia bonitas in actu que eſt gratui
ta addit ſupra iſtas bonitates acceptationem di=
uinam: ⁊ iſta eſt ex fine alio modo q̄ꝙ prius: ex hoc
ꝙ charitas inclinat ad finem ſupernaturalem. Pa
tet igitur ꝙ aliqua bonitas actus eſt ex fine ſed nō
omnis. ¶ Ad primum principale dico: ꝙ intentio
recta facit bonum opus tanq̄ꝙ circunſtantia princi
palis: non tamen vt cauſa totalis. ¶ Ad aliud dico
ꝙ non ſequitur / actus intellectus eſt verus ſufficiē
ter ex principio: igitur actus voluntatis eſt bonus
ſufficienter ex fine: q꞉ ex veritate ſolius principij
poteſt concluſio eſſe ſufficienter vera: quia omne
quod ꝯcluditur in vero eſt verum: ſed ſola bonitas
finis non ſufficit ad bonitatem actus in voluntate
quia ibi requiruntur omnes circunſtantie. ¶ Ad
aliud dico ꝙ vna cauſa non ſufficit ad bonitatem
actus: imo poteſt eſſe vnus actus bonus ex boni=
tate multarum cauſarum.

¶ Diſtinctio.xli. ¶ Queſtio vnica.

Vtrum poſſibile ſit
actum humanū eſſe indifferen
tē. Q꞉ non. Probatio. Inter pri=
uationē et habitum non eſt me
diū. bonitas et malicia ſunt op
poſita priuatiue circa actuꝫ hu
manū. ¶ Itē: ſi eſſet act⁹ medi⁹
ex talibus poſſet generari habitus medius. ¶ Op
poſitum videtur ꝑ Ambroſiū / et ponit꞉ in littera.
¶ Ad queſtionem dico ꝙ loquēdo de bonitate na
turali non eſt actus medius: quia ſi non deficit bo
nitas naturalis que nata eſt ineſſe actui / eſt actus
bonus naturaliter: ſi deficit eſt malus naturaliter.
Sed de bonitate ſecunda ſcꝫ morali / dicitur ꝙ po
teſt eſſe actus in genere: imo in ſpecie indifferens:
ſed non actus ſingularis: q꞉ ille act⁹ / vt ꝙ ille dat

elemoſinam non eſt indifferens:ſed bonus vel malus moraliter:quia vel eſt propter bonum finē:vel ꝑp malū. Dico tamē ꝙ de actibus humanis poteſt eſſe actus medius / ſingularis / et indifferens: quia ſecundum Boetium ſuper ca. de qualitate. iniuſticie eſt contraria iuſticia:ſicut illiberalitas liberaliti.et illud declarat ibidem:et mediū poteſt eſſe inter hoc.ſicut ille qui primo non habuit iuſticiā / nō proprie dicitur iuſtus ſed iniuſtus. Iniuſtus tamen dicitur qui habet habitum iniuſticie acquiſitum ꝑ actū.Et ſic dicit philoſophus.x.Met.vel Ethicorū.ꝙ eſt homo neqꝫ bonus neqꝫ malus.etiaꝫ eſto ꝙ eſſent priuatiue oppoſita adhuc nō ſunt inmediata niſi reſpectu apti: et hoc pro tēpore pro quo eſt aptus.ſicut catulus ante nonum diem non dicitur cecus. Iniuſticia igitur eſt habitus vel carentia iuſticie quādo quis debet iuſte agere. Sed poſſibile eſt hominem elicere actum humanum / et ſi non cū omnibus circunſtantijs que requiruntur ad actum moralem ſimpliciter / et ſi non ſit cōtra mores: qꝛ ſi aliquis det elemoſinam pauperi / nec deliberet propter quem finem:ſed ſtatim cuꝫ videt / dat ſibi. ille actus nō eſt contra mores / nec eſt moralis ſimpliciter cum non habeat omnes circunſtantias.

¶ De tertia bonitate que eſt in actu meritorio. Dico ꝙ aliquis poteſt facere aliquem actum ꝛ actualiter cogitare de deo i dādo ꝓpter deuꝫ / vel virtualiter cogitare de deo cū principium eſt bonum / cum quis aſſumit ſibi vnum laborem propter deum et non continue laborando / actualiter refert intētionem ad deum. Tertio cum quis habitualiter cogitat de deo in operando / cum elicit actum qui ſtat cum charitate / et aliquem ordinem poſſit habere quantūcūqꝫ remote ad actum meritorium. Sic dico ꝙ poteſt actus non referri ad deum tripliciter. Non actualiter.non virtualiter.non habitualiter. Primo ꝛ ſecundo dupliciter:negatiue vel contrarie ſeu priuatiue. Et ſicut duo actus primi poſitiui nō poſſunt eſſe indifferentes ad bonitatem gratuitam:ſic nec eorum oppoſita vt eis opponūtur. tamen actus poteſt non referri ad deum / vel quia nō eſt referibilis / vel quia eliciens actu non refert: licet ſit referibilis. Si primo mō / hoc conuenit dupliciter. vel qꝛ actu corrumpit gratiam:vel licet nō ſit referibilis / tamen ſtat cum gratia. Primo modo eſt peccatum mortale. Scđo veniale. Cum igitur actualiter refert intentionem in deum vel virtualiter / non eſt actus indifferens ſed meritorius: qꝛ nimis grauis ſententia eſt ꝙ nunꝗ eſt actus meritorius niſi actuali relatione ad deum. ſed de habituali relatione vel non relatione in actu.dico ꝙ eſt actu indifferens / et nec meritorius nec demeritorius: quia ſi ſic continue meretur quis ꝗdiu eſt in gratia:et ꝑ conſequens continue demeretur ꝗdiu eſt ſine gratia ꝗtumcunqꝫ faceret actum bonū ex genere ſi quilibet actus humanus inꝗtum humanꝯ eſſet bonus bonitate gratuita / vel malꝯ malicia oppoſita. Ideo dico ꝙ exiſtēs in gratia poteſt elicere actum indifferentem qui nec eſt actus meritorius:nec tamen eſt ordinatꝯ ad malum quod ſufficit ad peccatum veniale:et etiam poteſt eſſe actꝯ per ſe bonus moraliter et complete bonitate morali:et tamen neqꝫ meritorius neqꝫ demeritorius ſicut in ſtatu innocentie. Et etiam nunc exiſtēs extra gratiam operatur non gratuite anteꝗ habeat gratiam:et tamen priꝯ poteſt ita bene operari moraliter ꝙ mereretur gloriam de cōgruo. Poſſet igitur eſſe actus alicuius exiſtentis in peccato mortali / qui tamen non eſſet demeritorius mortaliter nec venialiter. ¶ Ad primum principale cum dicitur / inter habitum ꝛ priuationem non eſt mediū: verum eſt circa aptum natum ſi habitꝯ ꝛ priuatio ſint abſoluta:ſi tamen ſint reſpectiua vt reſpicientia:quando vel alias circunſtantias bene poteſt eſſe mediū:qꝛ donec veniat illud quādo neutrū oportet ineſſe ſubiecto:ſic eſt in obligatiōe ad precepta affirmatiua. Vel ſi dicam cum Boetio. dico ꝙ bonitas et malicia et moralis et gratuita ſunt contraria mediata circa actū humanum. ¶ Ad aliud concedo ꝙ ſicut poſſunt eſſe actus indifferentes: ita poſſunt generare habitum indifferentem.

¶ Diſtinctio.xlii. ¶ Queſtio prima.

VTruꝫ in cogitatione poſſit eſſe rō peccati. Qꝫ nō. Aug. de duabus animabꝯ. peccatum non eſt niſi in voluntate cogitatio non eſt in voluntate: igitur.ꝛc. ¶ Item:ſi non eſt voluntarium non eſt peccatuꝫ: cogitatio pōt eſſe non voluntaria / qꝛ ſecunduꝫ Aug. iij. de libe. arbi. non eſt in poteſtate noſtra quibꝯ viſis tangamur.ꝛc. ¶ Item:non eſt cogitatio volita niſi intellecta:ſed quando non eſt actualis cogitatio per conuerſionem voluntatis:vel erunt due cogitationes in actu ſimul vt prior illa cuius voluntas eſt cauſa:quod tamen non eſt neceſſe:vel oportet ꝙ prior tunc non ſit: et per conſequens in ipſa non eſt peccatum:vel ꝙ poſterior non ſit:et tūc in ipſa non eſt peccatum. ¶ Item in cogitatione non poteſt eſſe malicia:quia cogitatio de malo eſt bona:cum eadem ſit cognitio contrariorum.et cogitatio boni eſt bona. ¶ Oppoſitum vult Hieronymus in littera / dicens peccatum eſſe in cogitatione / ſermone / ꝛ opere. ¶ Ad idem eſt Auguſti.xii. de trini.xii. de cogitatiōe expreſſe.

¶ Queſtio ſecunda.

SEcundo queritur: vtrum ratio peccati poſſit eſſe in ſermone. Qꝫ non. Sermo ad hoc eſt inuentus vt fiat indiciū mentis in thimeo. igitur exprimendo qđ prehabetur in mente nō eſt peccatum:qꝛ hoc ē vti ſermone ad finē ad quē eſt inuentus. ¶ Itē ſi ſic / aut inꝗtum vox / aut inꝗtuꝫ vox ſignificatiua. nō primo modo:ſic non explicatur alteri aliquid intelligibile. non ſecundo modo:quia vox eſt impoſita ad ſignificandum ꝛ ex impoſitione nullā qualitatem recipit quam prius non habuit: igitur cum

plus fuit non ſignificatiua nichil recipiat ex impoſitione eius expreſſio. poſtea non erit peccatum magis ꝙ ante. ¶ Oppoſitum in euangelio. Qui dixit fratri ſuo racha. Iaco.iij. Qui non offendit in lingua. ⁊cetera.

¶ Queſtio tertia.

Tertio queritur vtrū ratio peccati poſſit eſſe i opere. an non. Ad Ro.vij. quod volo hoc facio. ¶ Item illud quod ē commune nobis ⁊ brutis nō poteſt eſſe peccatū: operari eſt cōmune. ¶ Oppoſitum in pſalmo. Reddēs vnicuiqꝫ iuxta opera ſua. ⁊ Apoca.iij. Opera enim illorum ſequuntur illos.

¶ Queſtio quarta.

Quarto queritur: vtrum diuiſio Hieronimi ſit ſufficiēs. ¶ Circa iſtas queſtiones. Primo dico ꝙ non eſt formaliter peccatum niſi in voluntate: qꝛ ſcōm Anſel.iiij.de concep.virgi. Peccatum eſt formaliter iniuſticia: ⁊ ipa ſolum eſt in voluntate formaliter. idē vult Aug.xiij.de libe.arbi. Loquēs de peccato cui imputetur niſi voluntati. quia in eiꝰ poteſtate eſt. ⁊ xij.de ciui. Nullus alius actus eſt imputabilis niſi quatenus mediāte actu voluntatis. ¶ Item: omis alia cauſa actiua ā voluntate eſt naturalis: ⁊ talis agit ex neceſſitate nature: qꝛ agit vt accepit agere: ⁊ per conſequens non peccat ſecundum Augu.iij. de libe.arbi. igitur ſi peccatuꝫ eſt in alijs actibꝰ hoc non eſt formaliter. Secūdo dico ꝙ in alio actu ab actu voluntatis poteſt eſſe peccatum ſecundario: ⁊ materialiter. hoc patꝫ per Anſel. de concep.virgi. ca.iiij. vbi dicit ꝙ volūtas mouet nos/hoc ē alias potentias ſicut inſtrumenta ſua. Sicut igitur volūtas tenetur recte velle ſecunduꝫ ꝙ rō recta dictat: ita tenetur imperare alijs potētijs: ⁊ ſi nō facit peccat: ⁊ in alijs actibus imperatis cum non eſt executio ſecundum ꝙ recta rō dictat eſt peccatum ſecundario ⁊ materialiter. Ex iſto ſequitur ꝙ nullꝰ actꝰ pōt eſſe malꝰ malicia pcti niſi actus voluntatis vel niſi poſſit imperari a voluntate: ⁊ talis actus q̄ꝙ non ſit voluntatis dicitur tamen voluntariꝰ. ¶ Ex his dico ad primam queſtioneꝫ: ꝙ ratio peccati nō poteſt eſſe formaliter in cogitatione. Si igitur aliquo modo poſſit eē in cogitatiōe hoc erit materialiter. Tamen videtur quibuſdā ꝙ nullo modo: qa cogitatio non eſt in poteſtate voluntatis vt allegat ſecundum Aug. ſuperius. Et ꝓbatur illud/qꝛ omnis volitio requirit intellectionem ſimul duratiōe ⁊ prius natura. Sed ſi volitio eſſet cauſa itellectionis vel cogitationis ſicut oporteret dicere ſi eſſet in poteſtate voluntatis iſta cogitatio eēt poſterior natura q̄ ſua cauſa. ¶ Iteꝫ: in per ſe cauſis non eſt circulus: ſed cogitatio eſt per ſe cauſa volitionis cū ſit prius natura: igitur non econtra. ¶ Dicunt: itellectio non eſt per ſe cauſa volitionis. ſed ſolum prius natura ſine quo non eſt. ¶ Cōtra hoc equaliter concedit propoſitum. actus prior naturaliter non requirit actum poſteriorem tanq̄ prius natura/ nec vt ſine quo non. cum priꝰ natura nūq̄ preſupponat poſterius natura. igitur ſi cogitatio ē in poteſtate voluntatis actus volūtatis eſt prius natura q̄ actꝰ cogitationis ſicut cauſe effectu: igitur non requirit intellectionem vl̄ cogitationem prius natura vel ſimul natura. ¶ Item: aliud eſt principium ſufficiens ⁊ perfectum cogitationis q̄ volūtas: igitur nō requiritur voluntas in ratione cauſe. Aſis patꝫ. memoria eñ perfecta eſt ſufficiens principium actualis cognitionis perfectiſſime: ⁊ ad illud non concurrit voluntas vt patꝫ in diuinis. ſic eñ intellectus et voluntas eſſent vnum principium producendi filium. ¶ Item: cauſa ſufficiens intellectionis noſtre eſt obiectum cum intellectu agente vel poſſibili cū fantaſmate nullum horum eſt voluntas: igitur nullam cauſalitatem habet reſpectu cogitationis. Dico tñ ꝙ neceſſario oportet ſuſtinere ꝙ cogitatio eſt aliquo modo in poteſtate noſtra. qꝛ ſi non igitur ſp ſtaret intellectus in actu obiecti perfectioris intellecti/ qꝛ aliter omnes cauſe concurrentes eſſent naturaliter actiue ⁊ paſſiue. Et qꝛ cauſa naturalis fortius mouens impedit effectuꝫ debilioris: igitur nūq̄ intellectus conciperet obiectum ignobilius. Ad hoc eſt Augu.xi. de trinitate. iij. voluntas iactat cogitationes volubiles. ⁊ alibi ad diſtinctam viſionem requiritur intentio copulans. ¶ Item.iij.de anima intelligimus cum volumus quando obiecta ſunt habitualiter ꝓcognita: iō oportet diſtinguere de cogitatione prima vel ſecūda. Prima cogitatio non eſt in poteſtate voluntatis/ qꝛ aliqua cogitatio precedit natura omne velle: ⁊ ſic intelligit Aug. qō non eſt in poteſtate noſtra quibꝰ viſis tangamur. Sed de ſecunda cogitatione diuerſimode dicitur: nichil enim exponitur cuius veritas ignoratur. primo dicitur ꝙ poſt primam intellectionem ſufficit ad hoc ꝙ res cognoſcatur cognitio habitualis. Secundo dr̄ ꝙ ad ſecundam cognitionē ſufficit cognitio vniuerſalis. Tertio dicitur ꝙ voluntas remittit cognitionem priorem: ⁊ deinde occurrit cogitatio poſterior virtute alterius obiecti mouentis ad fortiorem cogitationem. Quarto dicit ꝙ poſt itellectionem ſimplicem per intentionem collatiuam fit alia noua cogitatio in actu. Quīto dicitur ꝙ nulla cogitatio ſimplex eſt in poteſtate voluntatis: ſꝫ tñ diſcurſiua. Tñ videtur michi ꝙ nulla iſtaꝝ ſufficit/ qꝛ habitualis non ſufficit ad hoc ꝙ voluntas velit actu: qꝛ nulla intellectio ſufficit ad hoc ꝙ voluntas velit actum niſi ipſa ſufficiat ad hoc ꝙ voluntas velit obiectum vt terminat actum: quia oppoſitum in adiecto eſt aliquem velle actum et non obiectum vt terminat. ſicut nullus poteſt intelligere actum non intelligendo obiectum vt terminat. Sed ad hoc ꝙ voluntas velit actualis non ſufficit cogitatio habitualis. tunc enim poſſet dormiens actu velle cum in eo remaneat habitus: igitur prima via non ſufficit: nam intellectus in vniuerſali non ſufficit ad intellectionem in particulari: nec ad volitionem: quia ſi ſic cum intellectio hominis includat intellectionē entis: ⁊ itel-

lectio entꝭ ē itellectio lapidis ī vlī:igr̄ actualis itel-
lectio homis ſufficeret ad actualē intellectionē la-
pidis vel volitionem ⁊ cuiuſcunqꝫ alterius :cuiꝰ co
gnitio eſt in vniuerſali in ente. ¶ Item:intelligen-
do lapidem in actu in ꝑticulari non habeo aliam i-
tellectionem in vniuerſali:ſꝫ ſolum ꝑ iſtam in par-
ticulari habebo cognitionem in vniuerſali huiꝰ ob
iecti ⁊ non peius diſpari. Sed talis non ſufficit ad
hoc ꝙ ego actu velim bouem / qꝛ ſi ſic cum preexi-
gatur intellectio bouis ſaltem natura·igitur ſi vo-
luntas poteſt facere ꝙ intellectus actu ītelligat bo
uē cum non intelligat bouem niſi per ſpeciem bo-
uis:igitur voluntas poteſt cauſare in intellectu ſpe
ciem bouis per imperium ſuū. Tertia via non ſuf-
ficit / qꝛ licet voluntas poſſet remittere cogitatio-
nem priorem ſi alia occurrat ꝑ aliam actionem ob
iecti tm̄ hoc erit ante actum: caſuale eīm eſt ꝙ tunc
occurrat tale obiectuꝫ ⁊ poſt illud tale. Quarta via
non ſufficit / qꝛ non eſt neceſſe ꝙ alia cogitatio fiat
actu ꝑ collationem comparando vnum obiectum
ad aliud / qꝛ poſſum intelligere vnum obiectū poſt
aliud ſine comparatione media. Quinta via nō ſuf
ficit / qꝛ ſi nulla ſimplex intellectio ſit in poteſtate
voluntatis:igitur nec diſcurſiua / nūq̄ eīm eſt poſte
rius in poteſtate alicuius cauſe quando eius cauſa
neceſſario ꝑexacta non eſt in poteſtate eiuſdem.
¶ Item:vt prius argutum eſt aliqua intellectio re
quiritur ad actualem volitionem. Nunc qñ volun-
tas cauſat actualem volitionem illa intellectio ad
quam conuerto nō eſt intellectio prior:qꝛ illius nul
lo modo eſt volitio cauſa / nec eſt intellectio noua /
qꝛ tunc prior non remaneret cum actuali conuerſio
ne voluntatis:⁊ per conſequens voluntas ex hoc
ꝙ conuerteret ſe ad intellectionem deſtrueret eam
quod eſt manifeſte falſum. Si aliquis ſiet in vna co
gitatione per aliquod tempus ex hoc ꝙ conuertat
ſe voluntas complacendo non deſtruit illam cogi-
tationem:ſed magis intendit:nec poteſt eſſe cogi-
tatio poſterior / qꝛ tunc nulla eſſet ſimul cum actua
li volitione. ¶ Item in illo inſtanti quo volo col-
latiuam cognitionem quero que intellectio manet
non prior nec poſterior / nec alia noua vt probatum
eſt:igitur.⁊c̄. ¶ Preterea hec illa collatiua cogita-
tio aliquando ceſſabit:⁊ tunc eſt eadem difficultas
quid iterum cauſat intellectionem. ¶ Dico igit̄ ad
iſtum articulum ꝙ ſimul eſt actu vnica cogitatio ꝑ-
fecta ⁊ percepta:⁊ multe in actu imperfecte:⁊ non
percepte: ſicut videndo punctuꝫ in centro perfecte
⁊ percepte: ⁊ tñ multa puncta videntur actu / actu
tamen imperfecto ⁊ impercepto. Secundo dico ꝙ
in intellectione preexiſtente poteſt voluntas com/
placere ⁊ per hoc non remouet̄ quod oporteret di
cere ſi cauſaret nouam intellectionem : ⁊ per conſe
quens iſta cogitatio poteſt eſſe volita ⁊ ſi ipſa non
ſit precognita vt obiectum precognitum:ſed tantū
vt actus elicitus reſpectu obiecti precogniti. Ter-
tio dico ꝙ fortificatur cogitatio quando voluntas
vult ipſam ⁊ habet complacentiaꝫ in illa / qꝛ om̄is
virtus vnita creata fortior eſt ipſa diſperſa. Cum
igitur anima habeat virtutem finitam ſi potentie

omnes occupentur circa idem obiectum intenſior
erit actus q̄ꝫ cum diſperguntur ad diuerſa. Preter-
ea hoc patꝫ experimento ꝙ intenſior eſt cogitatio
q̄to plus voluntas complacet in actu. ¶ Item: a-
gens inferius intenſius agit concurrente agente ſu
periori q̄ꝫ non concurrente:igitur cum voluntas ſit
ſupremum agens creatum concurrente ad cogita-
tionem ipſa erit intenſior. Dico igitur ꝙ vna eſt co-
gitatio in actu perfecto ⁊ ſimul alie ſunt cogitatio
nes actu imperfecte ⁊ impcepte: niſi illa vna que ē
in actu perfecto: ſit ita intenſa ꝙ excludat omnes
alias actuales:tñ vt communiter non eſt aliqua ta
lis in actu ſecundo:poteſt voluntas complacere in
illa actuali conſideratione. ⁊ tertio ex hoc intendi-
tur illa cogitatio in actu cum voluntas vult illaꝫ di
ſtincte:ſicut eſto ꝙ ſtet in eadeꝫ diſpoſitione ille pū
ctus naturalis qui nō percipitur imperfecte ⁊ actu
incompleto per attenſionem voluntatis poteſt a-
ctu completo percipi. ¶ Ad primam rationem pri
mi articuli ꝓbantem ꝙ nulla cogitatio eſt in pote-
ſtate voluntatis. dico ꝙ cum voluntas ſe conuertit
ad cogitationem quam habuit anima prius vt im-
perfectam ꝑ conuerſionem habet eandem vt perfe
ctam / ⁊ prius natura eſt ipa vt imperfecta q̄ꝫ actus
voluntatis / tamē complacentia voluntatis eſt pri-
or natura q̄ꝫ cogitatio perfecta. ¶ Ad aliud cuꝫ di
citur in per ſe cauſis non eſt circulus. dico ꝙ hoc ē
verum: vbi ſuperior neceſſario requiritur ī actibꝰ:
tamen vbi ſuperior non neceſſario requiritur eſt ꝓ
poſitio falſa / qꝛ quando inferior cauſa poteſt cauſa
re ſine ſuperiore:adhuc tñ quando concurrit ſupe-
rior poteſt ideꝫ actus eſſe perfectior. ⁊ ſic eſſe circu
lum non eſt inconueniens. ¶ Ad aliud concedo ꝙ
non eſt neceſſe ad intellectionem perfectam volun
tatem concurrere in ratione cauſe poteſt tamen cō
currere in nobis. ¶ Ad aliud concedo ꝙ cogitatio
habet cauſas naturales ſufficientes cauſantes q̄ꝫ-
tum poſſūt cauſare / tñ ille cauſe fortius cauſant cō
currente ſuperiore. patet igitur ꝙ anima tunc pōt
fortius agere quando potentie agunt circa idem ⁊
ꝙ aliqua cogitatio eſt in poteſtate voluntatis: nul
la tamen prima qꝛ quelibet poſterior poteſt eſſe in
eius poteſtate:ſed non eſt neceſſe. Secundus arti-
culus eſt quomodo actus poteſt eſſe malus in volū
tate. dico ꝙ in volūtate ſunt duo actus :qꝛ in omni
concupiſcere michi vel alteri eſt complacentia:⁊ ſi
compiſcere ſit inordinatum:complacentia erit ma
la ⁊ hoc quando eſt complacētia ſimpliciter in ob-
iecto ⁊ vt ſit preſens / tamen cogitatio non eſt pec-
catum mortale niſi ſit moroſa ⁊ de illicito ex qua ſe
quitur complacentia mortalis. Tamen delectatio
proprie loquendo paſſio eſt: ⁊ illa non eſt peccatū /
nec delectatio illa q̄ eſt de illicito obiecto. Si ſit de
lectatio in ſpeculatione fornicationis meritoria ē i
acquirendo quid eſt cum toto conamine. Sed de-
lectatio que conſiſtit in ſpeculatione ſicut velit ha
bere obiectum preſens ⁊ delectetur vt ita:ſic iſta ē
peccatum mortale. Iſtud vult Augu.xij.de trinita.
ca.xij. Unde ponitur exemplum de viro ⁊ muliere /
quando eſt delectatio interior: non tamen conſen-

ſus in opus: tūc mulier comedit ⁊ nō eſt nunc ſicut
tunc fuiſſet ſi mulier comedit ⁊ non vir / qꝛ tūc fuiſ-
ſet dampnata ⁊ non vir. Sed abſit ꝙ hoc nunc di-
catur ꝙ delectatio interioꝛ abſqꝫ conſenſu in opus
qꝛ nunc mulier ⁊ vir ſunt vna perſona: iō ſi eſt dele
ctatio inoꝛdinata dampnabitur totus homo. et iō
erroꝛ eſt ꝙ aliqui dicūt ꝙ delectatio ioꝛdinata abſ-
qꝫ conſenſu interioꝛi non dampnat q̄tumcūqꝫ mo
roſa: iō dico ꝙ q̄tumcūqꝫ aliquis noluerit facere
actum exterioꝛem malum: ita malam delectationē
interioꝛem poteſt habere ꝙ dampnabitur / cogita-
tio tamen nūq̄ eſt illicita. Sed actus bonus vbi co
gitetur obiectum vt preſens illicite ⁊ bene / opoꝛꝫ
actus placere ſicut ponit Aug. exemplum de ſollo
mo. ix. de trini. x. qualiter non eſt vitiuꝫ / ⁊ qualiter
eſt vitium. teneoꝛ igitur non ſolum nolle facere illi
citum. ſed omnino nolle. ¶ Ad pꝛimum. pꝛime que
ſtionis dico ꝙ Augu. intelligit ꝙ peccatum non eſt
foꝛmaliter niſi in voluntate. ¶ Ad aliud dico. ꝙ in
telligit ꝙ pꝛima cogitatio non eſt in poteſtate volū
tatis. ¶ Ad aliud dico. ꝙ non ſequitur illa cogita-
tio non eſt pꝛecognita: igitur non eſt volita ꝑ actuꝫ
reflexum ꝙ non opꝫ cognoſcatur: ſed ſufficit ꝙ ſit
actualis cogitatio obiecti naturaliter pꝛecogniti.
¶ Ad aliud dictum eſt. equaliter cogitatio pōt eſſe
mala quando ex ea ſequitur complacentia mala. ſꝫ
ipſa ſpeculatio non niſi ſic pꝛo tempoꝛe pꝛo quo te
netur habere actualem cogitationem de aliquo a-
lio obiecto. ¶ Ad ſecundam queſtionem. dico pꝛe-
mittendo ꝙ potentia motiua obedit volūtati obe
dientia ſeruili / non autem politica vt habetur pꝛio
pollitice niſi membꝛum ſit paraliticum vel aliter in
diſpoſitum quare nō poteſt reſiſtere: ita ꝙ q̄tum ē
ex ſe nūq̄ reſiſtit. ſecundo dico quomodo malicia
poteſt eſſe in omnibus actibus inferioꝛibus q̄ ſint
actus voluntatis / actus inferioꝛes debent circun-
ſtantionari vt ratio recta dictat ꝙ fiant tunc: et in
tali loco: ⁊ pꝛopter talem finem: et ſic de conſimili
bus. Cum igitur ſermo ſit inuentus vt expꝛimatur
alteri conceptus. pꝛimum peccatum in ſermone eſt
mendatium: tamen pꝛo q̄to actus pꝛonūciandi vo
luntatem poteſt eſſe imperatus a voluntate debet
eſſe circunſtantionatus. vt dictat recta ratio vt ad
expꝛimendum conceptum pꝛo tali nunc ⁊ cum tali
bus circunſtantijs: ⁊ ſi aliter impeditur a volunta-
te eſt ibi peccatum. ¶ Ad pꝛimum pꝛincipale cum
dicitur. ſermo ad hoc eſt inuētus vt expꝛimatur cō
ceptus. Dico ꝙ ex hoc non ſequitur ꝙ non ſit pec-
catum in ſermone niſi mendacium / qꝛ homo debꝫ
vti inſtrumento reſpectu finis pꝛopter quem eſt cū
debitis circunſtantijs vt ſi gladius eſt inſtrumentū
ad diuidendum nō pꝛopter hoc ſequitur ꝙ diuidēs
caput a coꝛpoꝛe non peccat amputando caput ho-
minis. ¶ Ad aliud dico ꝙ peccatum eſt in voce ſi-
gnificatiua. Et cum dicitur: nullam qualitatem ha
bet ex impoſitione quam pꝛius non habuit. Dicit
ꝙ habet vnum modum pꝛopter quem nunc eſt pec
catum: ſed illud nichil eſt / qꝛ ſicut nichil plus eſt in
circulo ex hoc ꝙ eſt ſignum vini q̄ pꝛius. ſed nec in
voce poſt impoſitionem niſi ꝙ eſt rememoratiuum ſignum. Aliter enim grecus intelligeret lati-
num poſt impoſitionem. ideo niſi pꝛius ſciam illud
cui vox imponitur nūq̄ per hoc ducoꝛ in cognitio-
nem illius cui vox imponitur: ſed quādo pꝛius ſcio
in habitu audiendo vocem ſcio: hoc actu tanq̄ per
ſignum rememoꝛatiuum. ideo nichil nouum eſt ex
impoſitione niſi oꝛdo quidam qui eſt relatio ratio
nis. ¶ Ad tertiam queſtionem patet. quomodo o-
pera ſunt in poteſtate voluntatis de potentia mo-
tiua / ⁊ etiam operationes ſenſitiue ⁊ vegetatiue
ſunt in poteſtate voluntatis pꝛo q̄to poteſt poten-
tia motiua impedire operationes iſtas anteceden
ter. Et hoc patet per Augu. xi. de trini. viij. motio
palpebꝛe eſt in poteſtate potentie motiue ⁊ pꝛo tā-
to in poteſtate voluntatis antecedenter eſt viſio ⁊
ſic nutritio / qꝛ in poteſtate voluntatis eſt non aſſu
mere alimentum. Sed ſunt ne actus vegetatiue po
tentie aliter in ptāte volūtatis non videtur: ſꝫ tū po
tentie ſenſitiue ſunt aliter q̄tum ad intenſioneꝫ a-
ctus: ſicut viſus poteſt perfecte videre quod pꝛius
non vidit per attentionem voluntatis. Sed de ap-
petitu ſenſitiuo eſt magna difficultas: ⁊ patebit in
tertio. Ex illo patet ſecundum quomodo eſt ibi ma
licia / qꝛ pꝛo q̄to actus ſunt voluntarij. ¶ Ad pꝛi-
mum pꝛincipale dico intelligit apoſtolus non ꝙ no
lo q̄tum ad pꝛimos motus; tamen aliqui exponūt
de carne: ſed i carne non ſunt aliqua q̄tū ad actus
pꝛimos vt diſtinguitur contra appetitum liberum
Sed quando voluntas delectatur appetitui ſenſi
tiuo q̄tuꝫ ad motus pꝛimos ſunt peccata venialia.
Uel poteſt dici ꝙ pꝛimi motus ſūt peccata ratione
pꝛimi peccati oꝛiginalis quod conſequuntur: ⁊ non
ſunt de ratione peccati actualis. ¶ Ad aliud conce
do ꝙ in bꝛutis ſunt operationes ſenſitiue ſicut in
nobis tamen appetitus ſenſitiui in nobis ſunt rati
onales per participationem nati ſunt enim ſub-
di rationi non ſic in bꝛutis. ¶ Ad quartam queſtio
nem. An diuiſio Hieronimi ſit ſufficiens quam po
nit in littera de peccato quod ſit vel ſermone vel o-
pere. ⁊c. dico ꝙ neqꝫ diuidit peccatum foꝛmaliter
neqꝫ ſubiectum peccati foꝛmalis immediatum. Sꝫ
eſt iſta diuiſio malicie materialis actualis ⁊ eſt ſuf
ficiēs diuidendo per duo membꝛa intelligēdo per
peccatum in cogitatione peccatum interius: ⁊ aliō
eſſet peccatum exterius in actibus exterioꝛibus: ⁊
ſubdiuidendo hoc membꝛum per peccatum in ſer-
mone ⁊ opere. tamen ſpecialiter. Dicit peccatum
in ſermone pꝛopter ſignificationem / quia graue
peccatum / eſt peccatum detractionis / tamen om-
ne peccatum in actu exterioꝛi pꝛo peccato commiſ
ſionis ⁊ omiſſionis: ⁊ ſic interius opoꝛtet intellige
re peccatum omiſſionis ⁊ commiſſionis negatiue
⁊ pꝛiuatiue.

¶ Diſtinctio. xliij.
¶ Queſtio vnica.

CIrca iſtam diſtin=
ctionem.xliij. queritur primo:
vtrum poſſibile ſit voluntatem
peccare in ſpiritum ſanctum.
Ꝙ non. Jo. xv. Qui odit me
odit ꝛ patrem meuꝫ: igitur pec
catum in vnam perſonaꝫ ẽ pec
catum in totam trinitatem. ¶ Item: peccatum in
ſpiritum ſa[...]um ſi quod eſt eſſet odium dei. ſꝫ nul
lum poteſt eſſe / qꝛ illud non poteſt odiri in quo nul
la eſt ratio mali. ¶ Item: peccatum in ſpiritumſan
ctum eſt grauiſſimum / qꝛ dicitur irremiſſibile hic ꝛ
in futurum ſi quod tale ſit: ꝛ nullum eſt irremiſſibi=
le in hac vita per Auguſti. primo retractationum.
¶ Oppoſitum habetur in littera. ¶ Ad queſtionẽ
dico ꝙ poteſt eſſe peccatum in ſpiritumſanctum ꝓ=
ciſe / q̄ꝙ omne peccatum ſit contra deum. ꝛ totam
trin itatem virtualiter / qꝛ ſicut in omni peccato eſt
auerſio virtualiter a deo ſic peccatum in vnam per
ſonam eſt ſimul peccatum in omnes / tamen volun
tas poteſt eſſe auerſa formaliter ab vna perſona. ꝛ
ſi non ab alia / qꝛ tres ſunt articuli fidei de tribus ꝑ
ſonis ſecundum tria appropriata: igitur poſſibile
eſt conſiderare obiectum vnius articuli actu et for
maliter / non intellecto obiecto alterius articuli a=
ctu ꝛ formaliter qꝛ hoc facit eccleſia ſpecialiter cuꝫ
dicit de filio qui tecum viuit in fine orationis. ꝛ de
ſanctoſpiritu cum dicit. Ueni creator ſpiritus.
¶ Item: magis annexa ſunt eſſentia et perſona ꝙ̃
due perſone / cum perſone differant per relationes
eſſentia ꝛ relatio non. Sed eſſentiaꝫ preciſe poteſt
quis contemplari non preſcindendo perſonas: ſed
non conſiderando actualiter: ꝛ preter hoc licet nõ
poſſet intelligi vna perſona niſi contemplando a=
liam ſicut nec vnum relatiuum ſine alio adhuc illud
cointellectum non eſt primum intellectuꝫ: ideo poſ
ſibile eſt voluntatem ſpecialiter actu auerti ab vna
perſona ꝛ ſi non ab alia. Sed non ſic accipitur pec
care in ſpiritumſanctum in ſacra ſcriptura: ſed q̄tũ
ad appropriata perſõis / bonitas appropriatur ſpi
ritui ſancto. ꝛ ideo peccatum ex certa malicia dici=
tur peccatum in ſpiritumſanctum / ſiue poſſit eẽ cer
ta malicia ignorantia non precedente ſiue non / de
clarabitur tamen poſterius ꝙ non oportet ignorã=
tiam precedere maliciam in voluntate. ideo dicitur
peccatuꝫ in ſpiritumſanctum cũ non precedit igno
rantia: nec paſſio perturbat iudicium. Sed adhuc
non omne tale pctm̃ dicitur eſſe in ſpm̃ſanctuꝫ pro
prie / qꝛ non vniuerſaliter oportet ꝙ illud peccatuꝫ
ſit maximum / qꝛ neqꝫ precedit ex ignorantia pre=
cedente neqꝫ ex paſſione perturbante niſi oppona
tur optimo obiecto immediate q̄tum eſt poſſibile
ideo nullum preceptum ſecunde tabule ita ligat ſi
cut prime tabule. Si igitur odium dei poſſit eſſe in
natura (quod tamen non credo) odire deum eſſet
maximum peccatum / ſed immediatiſſimum ꝙ po=
teſt eſſe circa deum eſt deſperare. vnde ſperare po=
teſt habere actum oppoſitum poſitiuuꝫ. ꝛ tunc di=
citur eſſe impenitentia cum quis habet firmum ꝓ=
poſituꝫ de non penitendo / ꝛ peſſimi cadunt in hoc
peccatum. vnde Judas ꝛ Cayn. ꝛ illud eſt irremiſ=
ſibile ſi duret vſqꝫ ad finem vite. aliomodo ꝙ̃ alia
peccata q̄ꝙ quodlibet ſit irremiſſibile. ſi duret ad
finem vite. qꝛ illud peccatum aufert miſericordiam
que eſt principium in remittente. ꝛ ideo demeretur
penam eternam ſi maneat ad finem vite. aliter ꝙ̃
alia peccata. ¶ Ad primum principale. dico ꝙ qui
me odit: ꝛ patrem odit verum eſt habitualiter ꝛ vir
tualiter. Si odium dei ſit poſſibile in natura: non
tamen deſperando peccat ſpecialiter cõtra appro=
priata aliarum perſonarum ſicut contra appropri=
atum ſpiritui ſancto. ¶ Ad aliud dictum eſt prius.
¶ Ad aliud patet: ꝙ aliter eſt irremiſſibile illud ꝙ̃
alia peccata.

¶ Diſtinctio. xliiij. ¶ Queſtio vnica.

VTrũ potentia pec=
candi ſit a deo. Ꝙ non. quia ni
chil eſt ipſius liberi arbitrij.
¶ Item ſi ſic igitur eſſet in deo
eminenter: et per conſequens
poſſet peccare. ¶ Item: ſi ſic:
igitur haberet aliquem ordi=
nem in vniuerſo. Nichil enim eſt in vniuerſo in
ordinatum / non habet ordinem ad ſupremum /
quia eſt ad actum peſſimum. nec in ordine infimo
cum ſit potentia ſupreme potẽtie actiue create nec
in ordine medio. qꝛ entia media non poſſunt pecca
re. ¶ Oppoſitum magiſter in littera. ¶ Ad queſtio
nem. dico ꝙ potentia peccandi poteſt accipi pro re
ſpectu vel pro principio in quo fundatur reſpectus
Si accipitur pro potentia que eſt reſpectus eſt con
ſiderare duplicem ordinem ad actum ſubſtractum
ꝛ ad deordinationem ꝛ ordo vt eſt ad deformitatẽ
non eſt a deo vt dicit ordinem ad actum ſubſtractũ
eſt a deo cum ſit ens poſitiuum. loquendo de potẽ
tia vt fundamentum ibi ſunt due ratiões correſpõ=
dentes. ſcilicet ratio libe. arbi. abſolute: ꝛ iſta eſt in
quocunqꝫ melius eſſe ꝙ̃ non eſſet. ideo non ſolum
eſt a deo: ſed in deo: ſed ſic non eſt potentia proxi=
mum fundamentum ſecunde potentie: que dicitur
reſpectus. ſicut poſſum conſiderare ſapientiam ab
ſolute: ꝛ ſic indifferenter eſt in creaturis. Sed ſapi
entia limitata tantum in creatura / ſic vltra liberuꝫ
arbitrium abſolute eſt conditio limitans ꝛ illud to
tum. vt liberum arbitrium cauſatum eſt fundamen
tum immediatum totius ſecundi quod dicit reſpe=
ctum ad actum deordinatum / ꝛ abſolutum eſt fun=
damentum reſpectu actus ſecundum ſe: ꝛ totum li=
berum arbitrium creatum eſt fundamentum toti⁹
immediate: ꝛ cauſa contingens immediata huius
effectus ꝛ oppoſiti: ꝛ ideo contingenter bene po=
teſt velle aut male. Dicunt eſt a deo quatenus ex ni
chilo ꝛ ſic poteſt deficere. dico ꝙ nichil fuit termi=
nus a quo eius formaliter q̄ꝙ multa forte connota
tiue / nec tamen propter hoc ſequitur ꝙ poteſt pec
care. Lapis enim eſt nichilo: ꝛ tamen non poteſt
peccare: ſed poteſt deficere ſibi derelictus hoc eſt
non eſſe. ¶ Ad primũ principale dico ꝙ poſſe pec=

care vt dicit totum non eſt pars liberi arbitrij. Et
hoc probat Anſelmus. vt libertas eſt perfectio ſim
pliciter tamen loquendo de poteſtate qua volūtas
poteſt peccare ē aliquid liberi arbitrij creati. ¶ Ad
aliud ꝙ poſſe currere eſt in deo eminenter: igiť de⁹
poteſt immediate currere. Dicit licet deus non poſ
ſit cauſare curſū in ſe imediate tamen in alio imme
diate vel ſine ſubiecto eſto ꝙ motus poſſit eſſe ſine
ſuppoſito deus poteſt cauſare peccatum in alio im
mediate. dico ꝙ non / qꝛ nūꝗ̄ eſt peccatum forma=
liter niſi cauſetur ab illa perſona in qua eſt ſubiecti
ue ⁊ ꝙ in eius poteſtate ſit non peccare. ¶ Ad aliō
cum dicitur. Potentia peccandi non poteſt eſſe ſu=
prema potentia creata verum eſt ſi accipitur totū:
tamen accipiendo pro tota abſolute potentia eſt ſu
preme potentie actiue create. Uel poteſt dici ꝙ po
tentia eſt ſuperior ex termino vel ex ſuppoſito in ꝗ
eſt vel ex modo agendi. Sed ex termino nō poteſt
dici potentia peccandi nobilior alia quacunqꝫ cre=
ata cum ipſa ſit ad accidens: ⁊ alia potentia crea=
ta eſt ad ſubſtantiam vt ad terminum vt potentia
generatiua / tamen ꝗ̄tum ad naturam in qua eſt / ē
ſuprema potentia creata ſimpliciter / qꝛ ſubiectiue
eſt in voluntate que poteſt eſſe cauſa contingens i=
mediate reſpectu talis actus: ⁊ illa eadēꝫ potentia
eſt perfectibilis maiori perfectiōe ſi agat vt recta
ratio dictat ꝙ̄ aliqua alia potentia creata. Ex hoc
igitur ꝙ eſt actiua libere reſpectu peſſimi effect⁹ ſe=
quitur ꝙ eſt perfectibilis maxima perfectione īter
potentias creatas. Preter hec potentia iſta eſt ab=
ſolutiſſima ⁊ per ꝯſequens maxime perfecta / qꝛ ꝙ̄
to aliquid eſt abſolutius tanto minus dependet a
poſteriori ⁊ tanto plus poſteriora dependent ad ip
ſum. ideo omnia dependent ad deuꝫ. Qui eſt bene
dictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Expliciunt reportata ſuper ſecundo
ſententiarū edita a fratre Joāne duns
ordinis fratrum minorū doctore Pari=
ſienſi ſubtiliſſimo: ac omniū theologo=
rum pācipe. Anno virginei part⁹ Mil
leſimo quīgenteſimo decimo ſeptimo.
vi. die. Febrarij.

¶ Sequitur tabula di ſtictionum ⁊ queſtionū ſuper ſecundo Reporta torum ſententiarum a fratre Joanne duns ſco to doctore ſubtiliſſimo.

¶ Diſtinctio prima.

Prima qō. vtrū ꝓm⁹ actus cauſādi inſit a tali pā=
cipio: ſed eſſentia vt eſt in tribus perſonis.
Secunda. vtrum cauſabile anteꝗ̄ cauſetur in actu
habeat verum eſſe reale.
Tertia. vtrum deus poſſit aliquid creare.
Quarta. vtrum deus produxit mundum ſine prin=
cipio durationis.
Quinta. vtrum creatio ſit idem nature create.
Sexta. vtrum relatio ad deum in ratione cauſe ſit
eadem creature.
Septima. vtrum relatio creature ad creaturaꝫ ſit
eadem fundamento.

¶ Diſtinctio ſecūda

Prima qō. vtrū exiſtētia actualis rei create perma
nentis poſſit habere aliam menſuram ꝙ̄ euum
Secunda. vtrum angelus ſit in loco

¶ Diſtinctio tertia.

Prima queſtio. vtrum in angelis poſſit eſſe diſtin=
ctio perſonalis in eadem ſpecie
Secunda. vtrum angelus cognoſcat quidditates
creatas diſtinctas per diſtictas ⁊ proprias ratio=
nes cognoſcendi
Tertia. vtrum angelus poſſet cognoſcere per eſſē
tiam.
Quarta: vtrum angelus poſſet habere naturaliter
diſtinctam intellectionem eſſentie diuine

¶ Diſtinctio quarta.

Prima queſtio. vtrum angeli in inſtanti creationis
ſint beati vel miſeri

¶ Diſtinctio quinta.

Prima queſtio. vtrum angeli meruerunt beatitudi=
nem anteꝗ̄ eam perciperent

¶ Diſtinctio ſexta.

Prima queſtio. vtrum angel⁹ potuerit appetere e=
qualitatem dei
Secunda. vtrum primum peccatum angeli fuit ſu
perbia.

¶Diſtinctio.vij.

Prima q̄ſtio. vtrum mali angeli poſſunt penitere.
Secunda. vtrum angelus damnatus neceſſario permaneat in peccato.
Tertia. vtrum malus angelus poſſit bene velle

¶Diſtinctio.viij.

Prima queſtio. vtrum angelus poſſet aſſumere corpus in quo poſſet exercere opera vite

¶Diſtinctio.ix.

Prima queſtio. vtrum angelus ſuperior poſſit illuminare inferiorem
Secunda. vtrum angelus poſſit loqui angelo
Tertia. vtruꝫ angelus poſſit loqui angelo diſtanti

¶Diſtinctio.x.

Prima queſtio. vtrum angelus poſſit moueri localiter loco continuo.
Secunda: vtrum omnes angeli mittantur

¶Diſtinctio.xj.

Prima queſtio. vtrum angelus deputatus ad cuſtodiam viatoris poſſit creare aliquid effectiue in eius intellectu vel voluntate
Secunda. vtrum angeli poſſunt proficere in cognitione natura accipiendo cognitionem

¶Diſtinctio.xij.

Prima queſtio. vtrum in ſubſtantia generali ⁊ corruptibili ſit aliqua entitas poſitiua diſtincta a forma.
Secunda. vtrum materia poſſit eſſe ſine forma virtute alicuius cauſe
Tertia. vtrum materia in rebus materialibus ſit principium diſtinguendi indiuiduationis.
Quarta. vtrum quantitas ſit principium formale i[n]diuiduādi ſubſtantiam materialem
Quinta. vtrū ſubſtātia materialis p[er] ſe ſit i[n]diuidua
Sexta. vtrum ſubſtantia materialis per aliquod poſitiuum ſit hec
Septima. vtrum ſubſtātia materialis ſit i[n]diuidua per eſſe actualis exiſtentie
Octaua. vtrum ſubſtātia materialis poſitiuum pertinens ad genus ſubſtantie ſit indiuidua

¶Diſtinctio.xiij.

Prima queſtio. vtrum lumen ſit propria ſpecies ſenſibilis lucis corporalis

¶Diſtinctio.xiiij.

Prima queſtio. vtrum celum ſit ſubſtantia ſimplex
Secundo. vtrum ſint plures celi mobiles
Tertia. vtrum ſtelle aliquid agāt in inferiora

¶Diſtinctio.xv.

Prima queſtio. vtrum corpore animalis remaneāt elementa ſecundum ſubſtantiam

¶Diſtinctio.xvj.

Prima queſtio. vtrum ymago trinitatis in anima rationali ſiſtat in trib[us] potentijs realiter diſtinctꝭ

¶Diſtinctio.xvij.

Prima queſtio. vtrum anima ade fuit creata in corpore.
Secunda. vtrum paradiſus ſit locus conueniens habitationi humane

¶Diſtinctio.xviij.

Prima queſtio. vtrum in materia naturalis ſit rō ſeminalis ad formam inducendam
Secunda. vtrum formabatur corpus mulieris de coſte per rationem ſeminalem

¶Diſtinctio.xix.

Prima queſtio. vtrum in ſtatu inocentie habuiſſet homo corpus immortale

¶Diſtinctio.xx.

Prima queſtio. vtrum filij in ſtatu inocentie ſtatim fuiſſent confirmati in iuſticia.
Secunda. vtrum in ſtatu inocentie fuiſſent ſolum illi generati qui modo ſunt electi

¶Diſtinctio.xxi.

Prima q̄ſtio. vtrū p̄mū pct̄m potuiſſꝫ fuiſſe veniale

¶Diſtinctio.xxij.

Prima queſtio. vtrum peccatum ade fuiſſet grauiſſimum peccatum.

¶Diſtinctio.xxiij.

Prima queſtio. vtrum deus poſſet facere voluntatem impeccabilem per naturam

¶Diſtinctio.xxiiij.

Prima queſtio. vtruꝫ portio ſuperior ſit diuerſa potentia a portione inferiori

¶Diſtinctio.xxv.

Tabula diſtinctionū ⁊ queſtionum

Prima queſtio. an aliud a voluntate cauſet effectiue actum in voluntate

¶ Diſtinctio. xxvj.

Prima queſtio. vtrum habitus gratificans animā ſit in eſſentia anime vel potentia immediate.

¶ Diſtinctio viceſimaſeptima.

Prima queſtio. vtrum gratia ſit virtus

¶ Diſtinctio viceſimaoctaua

Prima queſtio. vtrum liberum arbitrium creatum ſine gratia poterit a peccato mortali. ⁊c.

¶ Diſtinctio viceſimanona.

Prima queſtio. vtrum in nobis requiritur gratia vt principium actuum

Secunda. vtrū iuſticia originalis in adam fuit donum ſupernaturale.

¶ Diſtinctio triceſima.

Prima queſtio. vtrum quilibet naturaliter propagatus contrahat aliquod peccatum

Scḋa. vtrū pctm̄ originale ſit carētia iuſticie originalis.

¶ Diſtinctio triceſimaprima.

Prima queſtio. vtrum anima contrahat peccatum originale a carne infecta ꝯcupiſcētialr̄ ſeminata.

¶ Diſtinctio triceſimaſecunda.

Prima q̄o vtrū pctm̄ originale remittat ī baptiſmo

¶ Diſtinctio triceſimatertia.

Prima queſtio. vtrum ſola pena dampni debeatur peccato originali.

¶ Diſtinctio triceſimaquarta.

Prima queſtio. vtrum bonum ſit cauſa mali.

¶ Diſtinctio triceſimaquinta.

Prima queſtio. vtrum peccatum formaliter ſit corruptio alicuius boni.

Secunda. vtrū principale in peccato ſit auerſio a bono incommutabili

Tertia. vtrum peccata diſtinguantur ſpecie ſuppoſito ꝙ peccatum ſit tantum auerſio formaliter

Quarta. vtrū vnū peccatum poſſit eē grauius alio

Quinta. vtrum peccatum ſit malum infinitum

Sexta. vtrum poſſit augeri in infinitum

¶ Diſtinctio triceſimaſexta.

Prima queſtio. vtrum peccatum ſit pena peccati

¶ Diſtinctio triceſimaſeptima.

Prima queſtio. vtrum actus ſubſtractus priuationi in peccato ſit a deo

Secunda. vtrū actus ille ſit a deo vt peccatum.

¶ Diſtinctio triceſimaoctaua.

Prima queſtio. vtrum intentio ſit actus ſolius voluntatis reſpectu finis vltimi.

¶ Diſtinctio triceſimanona.

Prima queſtio. vtrum illud in nobis quod ſemꝑ reſiſtit malo ſit in voluntate.

Secūda vtꝝ ꝯſcientia ſit in intellectu vel volūtatē

¶ Diſtinctio quadrageſima.

Prima queſtio. vtrum omnis conſcientia liget

¶ Diſtinctio quadrageſimaprima.

Prima queſtio. vtrum grauius peccet qui facit ſecū dum conſcientiam erroneam ꝙ contra

Secunda. vtrum omnis actus ſit bonus ex fine

Tertia vtrum poſſibile ſit actum humanum eſſe indifferentem.

Quarta. vtrū in cogitatiōe poſſit eſſe ratio peccati

¶ Diſtinctio quadrageſimaſecunda.

Prima q̄ſtio. vtrum rō pcti poſſit eſſe in ſermone

Secunda. vtrum ratio peccati poſſit eſſe in opere.

¶ Diſtinctio quadrageſimatertia.

Prima queſtio. vtrum poſſibile ſit voluntatem peccare in ſpiritum ſanctum.

Secūda vtꝝ diuiſio hieronimi de pctō ſit ſufficiēs

¶ Diſtinctio quadrageſima quarta

Prima queſtio. vtrum potentia peccandi ſit a deo

¶ Expliciunt diſtinctiones ⁊ queſtiones reportatorum ſecundi ſententiarum.

Tabula diſtinctionū ⁊ queſtionum

¶Diſtinctio.vij.

Prima q̄ſtio. vtrum mali angeli poſſunt penitere.
Secunda. vtrum angelus dampnatus neceſſario permaneat in peccato.
Tertia. vtrum malus angelus poſſit bene velle

¶Diſtinctio.viij.

Prima queſtio. vtrum angelus poſſet aſſumere corpus in quo poſſet exercere opera vite

¶Diſtinctio.ix.

Prima queſtio. vtrum angelus ſuperior poſſit illuminare inferiorem
Secunda. vtrum angelus poſſit loqui angelo
Tertia. vtruʒ angelus poſſit loqui angelo diſtanti

¶Diſtinctio.x.

Prima queſtio. vtrum angelus poſſit moueri localiter loco continuo.
Secunda: vtrum omnes angeli mittantur

¶Diſtinctio.xj.

Prima queſtio. vtrum angelus deputatus ad cuſtodiam viatoris poſſit creare aliquid effectiue in eius intellectu vel voluntate
Secunda. vtrum angeli poſſunt proficere in cognitione natura accipiendo cognitionem

¶Diſtinctio.xij.

Prima queſtio. vtrum in ſubſtantia generali ⁊ corruptibili ſit aliqua entitas poſitiua diſtincta a forma.
Secunda. vtrum materia poſſit eſſe ſine forma virtute alicuius cauſe
Tertia. vtrum materia in rebus materialibus ſit principium diſtinguendi indiuiduationis.
Quarta. vtrum quantitas ſit principium formale i diuiduādi ſubſtantiam materialem
Quinta. vtrū ſubſtātia materialis ꝑ ſe ſit idiuidua
Sexta. vtrum ſubſtantia materialis per aliquod poſitiuum ſit hec
Septima. vtrum ſubſtātia materialis ſit idiuidua per eſſe actualis exiſtentie
Octaua. vtrum ſubſtātia materialis poſitiuum pertinens ad genus ſubſtantie ſit induuidua

¶Diſtinctio.xiij.

Prima queſtio. vtrum lumen ſit propria ſpecies ſẽſibilis lucis corporalis

¶Diſtinctio.xiiij.

Prima queſtio. vtrum celum ſit ſubſtantia ſimplex
Secundo. vtrum ſint plures celi mobiles
Tertia. vtrum ſtelle aliquid agāt in inferiora

¶Diſtinctio.xv.

Prima queſtio. vtrum corpore animalis remaneāt elementa ſecundum ſubſtantiam

¶Diſtinctio.xvj.

Prima queſtio. vtrum ymago trinitatis in anima rationali ſiſtat in trib⁹ potentijs realiter diſtinctꝭ

¶Diſtinctio.xvij.

Prima queſtio. vtrum anima ade fuit creata in corpore.
Secunda. vtrum paradiſus ſit locus conueniens habitationi humane

¶Diſtinctio.xviij.

Prima queſtio. vtrum in materia naturalis ſit rō ſeminalis ad formam inducendam
Secunda. vtrum formabatur corpus mulieris de coſte per rationem ſeminalem

¶Diſtinctio.xix.

Prima queſtio. vtrum in ſtatu inocentie habuiſſet homo corpus immortale

¶Diſtinctio.xx.

Prima queſtio. vtrum filij in ſtatu inocentie ſtatim fuiſſent confirmati in iuſticia.
Secunda. vtrum in ſtatu inocentie fuiſſent ſolum illi generati qui modo ſunt electi

¶Diſtinctio.xxi.

Prima q̄ſtio. vtrū ꝓmū pctm̄ potuiſſʒ fuiſſe veniale

¶Diſtinctio.xxij.

Prima queſtio. vtrum peccatum ade fuiſſet grauiſſimum peccatum.

¶Diſtinctio.xxiij.

Prima queſtio. vtrum deus poſſet facere voluntatem impeccabilem per naturam

¶Diſtinctio.xxiiij.

Prima queſtio. vtruʒ portio ſuperior ſit diuerſa potentia a portione inferiori

¶Diſtinctio.xxv.